BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
36
9 A
18
FONDO EBORENSE

11

CONCILIA-
TIO LOCORVM
COMMVNIVM TOTIVS

Scripturæ Sacræ, qui inter
ſe pugnare uidentur.

SERAPHINO CVMIRA-
NO FELTRENSE MINO-

ritanę Familię, Prouintię. D. Antonii
Authore, nuper ędita, ac in
lucem poſita.

36. 9.
A. 18.

CVM PRIVILEGIO.



[stamp]

VENETIIS
MDLXI

Bibliothecę S. Honuphrij. 1629

3619 A 18

REVERENDISS.

ac Illuſtriſſ. Domino. D. Clementi de Monelia Sāctæ Roma. Eccle. titulo Aræ cæli Cardinali digniſſimo, Frater Seraphinus Cumiranus Feltrenſis Minoritanæ Familiæ, prouinciæ. D. Antonij perpetuam felicitatem optat.

QVando ſepe mecum animo reputaui Reueren ac Illuſ. Pater, quam callidis & aſtutis cōſiliis huius noſtræ infęlicis tempeſtatis Hæretici ſuam peſtiferā ac pernicioſam doctrinam, nō per inclitā modo Italiā, ſed & per omnes vndique noſtri orbis nationes, quotquot, adhuc Chriſtum agnouere, nimis longe lateq; fundere & ui ſumma prouehere conati ſint, non potui ſane nō indolere catholicæ Eccl. vicem. Cui licet adhuc nō deffuerint permulti egregii propugnatores, & præclari admodum vindices Orthodoxæ doctrinæ. Haud tamen adeo multi reperiantur, qui huiuſmodi diligentia & conatu. quo illi pleni omni dolo, & omni fallacia, filii Diaboli, & inimici omnis iuſtitiæ, zizania ſua ſuperſeminare dominico tritico ſtuduerunt, conuellere è cōtrario ea & extirpare contenderint. Quā quidem ob cauſam cum ſuperioribus annis primam & alteram noſtri operis partes contrapoſitorum totius ſcripturæ ſacræ ſub tuo

nomine ædidiſſem, agnouiſſemq; nonnullos ſtudioſos auide eas legiſſe, deguſtaſſeq;, factū eſt autem neſcio quid. & ſi extremam me iā impoſuiſſe manum exiſtimaram, quòd nonnulla alia loca non amplius conciliata, quæ inter ſe oppugnare videbātur, ſe obtulerūt, quæ quidem inreconciliata relinquere, mini me dignum eſſet. Itaq;, & ea quantum in nobis fuit, conciliata reddere, & tanquam racemos quoſdam ex vltima collectos vindemia legentibus apponere curaui. Hanc igitur partem, tanquam vltimam laboris mei in hoc opere expoſiti tibi Reuerendiſs. ac Illuſtriſs. Pater dicare volui. Coactus pro tua in me beneuolētia, qua vel ſola iure impelli deberem, vt poſtquam in nulla alia re poſſum, in hac ſaltem me tui memorem, gratum quoq; exiberem. Ratus hanc quantuncūq; paruulam, tibi non minus, quam priores, placiturā: Et erit cum meæ voluntatis, tum obſeruantiæ, qua quidem ſemper tibi fui dediciſsimus, teſtimonium. Te igitur oro Reueren. ac Illuſtr. Pater, vt hoc quidquid eſt muneris, leta ac hilari fronte ſuſcipias, tibiq; perſuadeas nil mihi gratius fore, quam, ſi videro hunc meum laborem tibi tuique ſimilibus approbatum iri. Vale. Ex loco noſtro ſancti Iob Venetiarum Calendis Septembris M. D. LXI.

CAN-

CANDIDO LE-CTORI AVTHOR.

MAgnopere curandum eſt nobis candide Lector, vt modis omnibus obſeruemus ſcripturam ſacram, eam ſcilicet quæ ab eccleſia catholica eſt approbata. Inconſtantis enim eſt deſciſcere ab eo quod ſemel probatum eſt. Et impudentis eſt pro uano habere in cuius credulitatem conſentit vniuerſus orbis. Non enim diuiſus eſt Chriſtus, nec decet aliud nomen quã Chriſtianum prætexere. Miratur Apoſtolus Galathas adeo cito in aliud Euangelium lapſos. Miramur & nos nonnullos noſtræ tempeſtatis, Euangeliũ aliud ſuſtinentes. Quod tamen non eſt aliud Euangelium, niſi quòd turbatur Eccleſia, & Chriſti Euangelium inuertitur. Fit nihilominus ſepe numero, vt ſcripturæ inter ſe pugnare videantur, quæ niſi cum attentione & myſterij ſcrutatione legantur, magnum errorem lectori generant. Varietas enim ſcripturæ vbi non eſt vera intelligentia, alienum facit à veritate lectorem. At non oportet in huiuſmodi varietatibus obgannire, ſed uera eſſe, quæ apparent contraria, pie credere. Niſi enim crediderimus, non intelligemus. Sicuti enim ex diuerſis uocibus apte cõpoſitis, conceptus ſuauiſſimus redditur, ita Chriſti uarietas pleniorem efficit cõcentum. In huiuſmodi itaq; uarietatibus conuenit philoſophari, & pia curioſita

re diuini ſcrutari myſterium conſilij. Vna enim eademque res, ideo multis modis dicitur, ut modus ipſe dicendi propter faſtidium uarietur, ſed propter concordiam una fides teneatur. Porro hæc ſcripturæ uarietas, intelligentiæ uarietatem parit propter profunda myſteria in ſcripturis exiſtẽtia, quæ ad hoc abſconduntur, ne uileſcant, ad hoc quæruntur, ut exerceant, ad hoc aperiuntur ut naſcãtur. Tu ergo optime Lector, ſcripturam Dei honora, honora uerbum Dei, etiam non ſatis apertum, diſce pietate intelligẽtiam. Noli proteruus eſſe accuſando, aut obſcuritatem, aut peruerſitatem ſcripturæ. Peruerſum hic nihil eſt, obſcurum autem aliquid eſt. Non ut tibi negetur, ſed ut exerceat accepturum. Eapropter quando obſcurũ eſt, medicus hoc fecit, ut pulſes, pulſando exercearis. Verũ hæc miſſa facio, ne prolixior habeat. Vnum illud obſecro et obteſtor, ut legere et perlegere opus, deinde corrigere, caſtigare, & emendare ſuo iudicio quiſque uelit.

Vale.

✣

✣ ✣

✣

TABVLA SEV INDEX CONtrapoſitorum totius ſcripturę ſacrę huius partis tertiæ alphabetico ordine digeſt:.s.

ABraæ præcepit Deus vt ſe præcederet
Petro mādauit Chriſtus vt ſeq̄retur ſe cō 35.f.94
Adulteram lapidari mandauit Deus in lege.
Adulterā abſoluit q. eā lapidari mādauerat.c.39.f.104
Altiſsimus odio habet peccatores.
Commendat Deus cha.ſuam in nobis cont.80.f.213.
Angeli eorum ſemper vident faciem patris.
Non quia patrem quiſpiam uiderit contr.84.f.223.
Anima mea malis repleta eſt
Animam autem non poſſunt occidere cont.91.f.241
Appone iniquitatem ſuper iniquitatem illorum.
Nunquid iniquitas apud Deum con.43.f.113
Arbitrio libero viuit omnis homo
Nemo venit ad me niſi pater m.t.eum con.71.189
Auerte faciem tuam a peccatis meis
Ne auertas faciem tuam à me.
BOnum eſt non manducare carnem nec vi.bi.
Nihil reiiciēdū qđ accipit̄ cū gratiarū actiōe c.49.
CEnturio nō acceſsit ad dn̄m ſed miſit nūtiū (f.127
Centurionē per ſe acceſsiſſe legimus. c.54.f.142
Chriſtum factum ſub lege nouimus
Chriſtum ſupra legem fuiſſe legimus con.64.f.169
Chriſtus manducabat cum peccatoribus
Paulus prohibuit cibum ſumere cum huiuſmodi c.82.
Chriſtus gauiſus eſt in morte Lazari (f.118
Chriſtus lacrimatus eſt in morte Lazari cō.83 f.220
Chriſtus ſolus aperit & claudit
Petrus portans claues, claudit & aperit con.7.f.24
Chriſtus ex peccatoribus natus eſt.
Chriſtus ſegregatus à peccatoribus con. 20.f.62
Chriſtus non poterat virtutes fac. in patria ſua
Quotquot tangebant eum ſalui fiebant co.21.f.64

Chriſtus ignorauit cal. bibi. Iaco. & Ioan.
Chriſtus ſciebat præfatos cal. bibituros cō.33.fol.90
Chriſtus atteſtatus eſt Lazarum fuiſſe mortuum
Chriſtus poſtmodum dixit oppoſitum con.38.f.101
Chriſtus non veſcebatur cum ſuperbo oculo
Chriſtus mādūcauit cō phariſeo ſuperbo, cō.40.f.107
Chriſti diſcipulus dicitur qui renuntiauerit omnibus
Chriſti diſcipulus fuit Zacheus diues con.101.f.267
Conſol antem me non inueni
Angelus apparuit confortans eum con 13.fol.42
Crucem portare ac in illa pendere execrabile
Crucem pro Chriſto tollere honorificum cū 65.f.173
DAniel fuit vſque ad annum primum Ciri Regis.
Anno tertio reuelatum eſt Danieli verbū.cō.90.
Dauid mandata cuſtodiens (fol.239
Dauid mandatorum tranſgreſſor con.29.fol.85
Deus exercituum dicebatur Deus.
Deum pacis eum nominauit Paulus con.62.fo.163
Dei perfecta ſunt opera
Non eſt malum in ciui.quod non fecerit dn̄s con.69
Deus miſericors dicitur ſe inuocanti (f.183
Inuocabunt & non exaudiam con. 76.f.104
Dei perfecta ſunt opera
Ego ſum Deus creans malum con.89.f.236
Deus meus clamabo per diem & non exaudies
Dum clamarē ad dominum exaudiuit me. c.92.f.243
Deus ſolus dicitur pius
Pii dicuntur aliqui hominum con.15.fo.50
Deum penituit Saul conſtituiſſe regem
Sine penitentia ſunt dona Dei con.25.fo.74
Dies menſes, & tempora obſeruanda
Dierum menſium obſeruātia interdicta con.97.f.254
Diabolus inhabitabat Iudam antequam traderet dn̄m,
Diabolus intrauit Iudā poſt bucellā aſſumptā con.74
ELiſeus veridicus ſanitatem denuntians.R.S. (f.199,
Eliſeus mendax ſanitatem pronūtians c.37.f.100
Exibunt angeli & ſeparabunt malos de.m.i.
Erit vnum ouile ſicut eſt vnus paſtor con.51.fo.133

F Aciam vt in præceptis meis ambuletis
Si volueritis mandata mea obſeruabitis c.60.f.156
Facietis altare ad adolendum thimiama
Quo mihi multitudo victimarũ veſtrarũ c.27. fo.80
Fatuum dicere interdictum in euangelio
Fatuum dicere ibidem admiſſum con.11.fo.37
Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum
Diligite inimicos veſtros & orate &c. con.70.fo.186
Fundamentum vnicum eſſe Paulus refert
Fundamenta duodecim fuiſſe dicitur alibi con.1.fo.1
H Ominem emulari Dauid prohibuit
Hominẽ emulari Paulus admiſit con.55.f.144
I Aacob dilexi Eſau odio habui
Nihil odiſti eorum quæ feciſti con.58.fo.151
Ieſus ſolus dominus
Domini multi ſunt con.18.f.56
Impio nihil dederis
Operemur bonum ad omnes con.32.fo.89
Indignatio non eſt mihi dicit dominus.
Indignatio domini ſuper omnes gentes. con.3.fo.12
In corde meo abſcondi eloquia tua
Doce me iuſtificationes tuas. con.93.f.145
Ioannes non agnoſcebat Chriſtum
Ego a te debeo baptizari con.42.f.111
Ite maledicti in ignem eternum
Deus vult omnes homines ſaluos fieri cont.17.f.53
Iuſtum & impium iudicabit dominus
Iudicantes ſeipſos non iudicabuntur con.73.f.196
L Atro bonus vna cum altero conuitiabantur dño
Latro bonus non cõuitiabatur, ſed in illũ credidit
Lex aſſueri Regis pro oĩbus fuit poſita (c.30.f.86
Lex eadem non fuit pro heſter poſita conra.5.fol.19
Legem ſibi poni Dauid rogat
Lex non eſt iuſto poſita con.77.fo.207
Longeuitas vite promiſſa in lege.par.Hon.
Longeuitas vite alibi deplorata con 94.fol.247
Loquella tua manifeſtum te fecit
Vnuſquiſque per faciem cognoſcitur con.19.f.58

M Aieſtas domini impleuit templum
Deus non habitat in templis ma.factis. con. 61.
Moſes & Aaron & Abiu viderunt dominũ.(f. 159
Non videbit me homo & viuet cont.36.fo.99
Modicum & non videbitis me ait dominus
Modicum & videbitis me infra dicitur cõ.34.f 92
Multi ſunt vocati pauci vero electi
Quos vocauit hos & iuſtificauit con.46.f.121
Mulieribus euangelizare conceſſum
Mulieres in eccleſia taceant con.100.f.264
N Emo poteſt eſſe caſtus,niſi Deus dederit
Teipſum caſtum cuſtodi ait Paulus cõ.63.f.166
Nemo aſcendit in celum niſi qui deſcendit
Noſtra conuerſatio in celis eſt con.81.fo.216
Neſcit homo finem ſuum ait ſapiens
Paulus ſciuit ſe coronam accepturum con.4.fo.16
Noli arguere deriſorem
Argue cum omni imperio contr.14.fol.45.
Nolite cogitare de craſtino
Apoſtoli procurarũt multa pro fratribus cõ.65.f.202
Nihil in terra ſine cauſa fit
Multiplicauit vulnera mea ſine cauſa con.95.f.249
O Culum pro oculo,dentem pro dente
Nolite reſiſtere malo con.48.f.125
Omnia quæ pater habet,mea ſunt
Veni,vt faciam patris mei opera con.67.f.179
Omnia quæ Deus fecerat erant valde bona
Bonus nemo,niſi ſolus Deus con.85.fo.226
Omnia poſsibilia ſunt apud Deum
Deus non poteſt ingenita facere quæ facta ſunt.con.2.
Onus legis portare potuerunt iſraelite (fol.5
Neq; nos neq; patres noſtri portare potuimus con.9.
Oues gentium,in ouili adducende per Chriſtũ (f.30
Oues gentium non per Chriſtũ ſed per apoſtolos &c.
P Ater ſanctificauit filium ſuum (con.26.fol.75
Ego ſanctifico meipſum con.45.fo.119
Paulus vna cum ſociis ambulabat ſecundum carnẽ
Paulus è contrario ſcđm carnẽ non amb.con.59.f.153

Pauper fuit Dauid & in laboribus
Diues fuit Dauid & in delitiis con.15.f.47
Petitiones dominicas ſeptem poſuit Matteus
Petitiones dominicas,tantū quinq; poſ.Lucas.con.28
Poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus diſp.ſuos (fo.83
Et factum eſt die octaua &c. con.50 fol.131.
Poteſtas apoſtolis collata ſuper omnia demonia
Apoſtoli nō potuerūt liberare quēdā demoniacū. c.6.
QVerent me mali & non inuenient me (f.22
Quærite & inuenietis dicit̄ alibi con.41.f.109.
Quidam de turba refertur fuiſſe credulum
Ipſe idem incredulum fuiſſe ſubīnfertur con.22.f.66.
Quis finis meus vt patienter agam
Scio quoniam iuſtus inueniar con.24.fo.71
Quendam euangeliſtarum Mattęum nuncupatum. L.
Eundem apud Lucam leui nominatum.L.con.31.f.87
REfrigerium nullum in fine hominis
Iuſtus in refrigerio erit,dicitur alibi con.23.f.68
SAcerdos antique legis ex genere Aaron
Sacerdotes aliqui nō fuerūt ex g.Aaron.c.10. f.32
Salus à domino Deo ſolo
Salus ex Iudeis eſt con.12.f.40
Sabbatum cuſtodiendum perpetue mandatur
Miſericordiam volo & non ſacrificium con.52.f.137
Semen Dauid manſurum in eternum
Tu vero repuliſti & deſpexiſti con.99.f.261
Seruire ſoli Deo in lege mandatur
Seruire inuicem mandatur fidelibus con.56.f.146
Soli Deo honor & gloria
Gloria ommi operanti bonum con.8.fo.27
Speciem domini vidit Hebræorum populus
Neque ſpeciem eius vidiſtis vnquam con.98.fo.258
Spiritu ſancto diligitur Deus
Spiritus.S.promittitur Deum diligenti con.86.f.229
Spiritum.S.acceperant Samaritani
Nondum in quenquam illorum venerat con.88.f.233
Spiritus.S. mittendus à patre
Cum ipſe iero mittam vobis eum con.44.fo.115

TEmpus creatum fuiſſe legimus
Tempus fuiſſe eternum pau. docuit cō. 57. f. 143
Terram operari mandauit Deus
Nolite cogitare de craſtino con. 78. fo. 209
VOs eſtis lux mundi
Non erat ille lux con. 47. fo. 123
Volentes ad Chriſtum trahimur
Inuiti trahimur ad Chriſtum con. 63. f. 140
Vos vidiſtis omnia quæ fecit dominus &c. (fo. 192
Et non dedit vobis dominus oculos ad videndū. cō. 72
Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi
Veniemus & māſionē faciemus apud eū. cō. 87. f. 231
Vir vxoratus commendatur in lege
Virum ſpadonem laudauit Chriſtus. con. 68. f. 181

INDEX ALPHABETICVS OMnium, quæ inſigniter in hac parte tertia continentur.

AMbulare equiuoce ſumitur in ſcripturis fo. 154
Amor omnia efficit fol. 31
Anima quando efficiatur adultera fol. 107
Anima quotiens vlceretur 242
Anima munda, Dei templum dicitur 160
Anima quibus telis vulneretur 242
Anima aliquando dolet ſine corpore & quomodo 242
Apoſtoli qualiter fundamentum dicti ſint 4
Aſcendere cum Chriſto qualiter debeamus 118
BEatus qualiter modo conſolatur 69
Bonitas Dei in abſtracto ſumitur 126
CAuſa ſecunda qualiter dependet à prima 140
Conſcientia bona tranquillum facit animum 179
Chriſti conſilia qualiter ſint accipienda 203
Chriſtus qualiter gauiſus in morte Lazari 221
Chriſtus quando fuit exauditus 244
Chriſtus cur ex carne virginea natus 63
Chriſtus quali charitate hominem complexus eſt 244
Chriſtum ſequi tenemur & quare

Christus fundamentum noſtrum dicitur 2
Chriſtus per ſe claudit & aperit 25
Chriſtus quomodo ſolus dominus 56
Chriſtus ſolus ſine peccato 62 *Xp̃s dominus legis* 105
Clauicularius quis dicatur 24
Conuitiator quanti mali cauſa ſit 40
Creata omnia qualiter bona dicantur 226
Crucis duo genera 175 *Crux quibus ſuauis* 175
D*Auid qua lege egerit* 209
Deus quomodo eternus dicatur 151
Deus quid diligat etiam in homine malo 152
Deus omnia poteſt ſine nobis, & non è contra 167
Deus cunctis eſt beneficus 184
Deus non dat, niſi cui dandum eſt 190
Deus quales nos fecit 191 *Deus qualiter ſit inuocādus* 206
Deus pater noſter qualiter diligat nos 214
Deus quando nos oderat etiam amabat 215
Deus quid in nobis diligat 215
Deus qualiter videatur a creatura 224
Deus qualiter bonus dicitur 227
Deus qualiter dicatur creare malum 238
Deus ſine fine querendus & quare 111
Deus cuius pacis dicatur Deus 164
Deus qualiter parcit & qualiter nos punit 252
Deus quos deducat in refrigerium 71
Deus ſolus iuſtus dr̃ 52 *Deus cur parcat homini* 252
Deus cui homini parcit 253 *Dei proprietas qualis* 253
Deus quibus dicatur bonus 185
Deus licet puniat auerſum liberat tamen conuerſum 213
Deus non minus dr̃ ops non faciendo aliquid quā faciendo 12.
Deus quæ facere non poſſe dicatur 10
Deus ſalus noſtra dicitur 41
Deus qualiter pius dicatur 50
Deus dicitur ſaluare nos multipliciter 54
Deus quos amat 70 *Dei penitere quid ſit,* 74
Deus qualiter finis noſter dicatur 17
Demones varii in virtutibus 22
Deriſor quando corrigendus eſt 46

Diaboli impotentia qualis. 4
Differentia inter legem veterem & nouam 127
Differentia inter eternum & ſempiternum 151
Differentia inter petitionem, inquiſitionem, & pulſationem. 83
Diuina vindicta quando ceſſat 198
Dolor carnis quis ſit 242
Dominari quid ſit 57
Ecclesia quare modo pauper dicatur 47
Eccleſia in quibus fundata dicatur 4
Eloquia ſecreta quando ſunt reuelanda 245
Emulatio duplex eſt 145
Euum & tempus qualiter differunt 150
Euangelium quid interpretetur. 265
Facies conſcientiæ qualis. 60. *Facies quid ſit* 50
Facies vnde dicatur 59
Fideles quando aucti ſunt in meritis 3
Fidelis quilibet quomodo ſacerdos dicatur 33
Fides Apoſtolorum tenuis erat 24
Filius in diuinis dupliciter mittitur 118
Filii Dauid qui ſint dicendi 264
Finis bonus qualiter dicitur 16
Fines plurimi 16. *Fletus ſpiritualis qualis ſit* 223
Fundamentum quid ſit 2
Fundamentum eccleſiæ cur in altum locatum 3
Gaudium perfectum quando erit nobis 222
Genus mortis Chriſti ſuaue dicitur 174
Gladium in ciuilibus cur Chriſtus non prohibuit 105
Gloria vera & honor verus vbi erit 28
Homo quando in duritiam cordis labatur 115
Homo quibus vexatur dum viuit 165
Homo quando ſeipſum indicat fructuoſe 197
Hominis prima dignitas qualis fuit 8
Homo quando inuitus facit legem 208
Homo qualiter cognoſcatur 60
Honor ſumus ſoli Deo debetur 27
Ieiunii perfectio qualis ſit 23
Ieſus ſolus dominus dicitur 56
Incola quis dicatur 248.

Indignatio Dei quid ſignificet 13
Iniquitas quid ſit 114 *Iniquitas mentem excecat* 114
Inuocare quia importet 204
Ioannes quomodo lumen erat 125
Iob cur percuſſus 251
Iob Idumeus fuit 251 *Iob magna laus* 251
Iuſtificatio quid importet 256
Iuſtificationes domini, cur Dei dicantur 257
Laus magna gentilium 75
Lacrimandum cur nobis ſit 223
Lex cur peccata puniat. 106
Liber. arbitrii facultas qualis ſit 65
Libertas cur permiſſa homini 65
Mala quæ ſequuntur ex verbis 39
Malorum duo genera 184
Materia prima quid 238
Medicus quando dicitur augere febrem 115
Modus inueniendi Chriſtum 111
Mors oſculi quæ dicatur 225
Mors Chriſti ſola ſatisfactoria pro peccatis 106
Mulieri loqui in eccleſia cur prohibitum 264
Natura duplex in Chriſto 170
Nemo ſaluatur niſi in ouile Chriſti 135
Oblatio noſtra quando bona dicatur 139
Oculus quo Deus attingitur 196
Oculus ſauciatus non videt lucem. 109
Officium prælati quale ſit 46
Opera Dei patris eadem ſunt quæ & filii 180
Operator idoneus quis dicatur 166.
Orandum pro quibus 188
Pater in diuinis cur non mittatur 117
Paulus quibus placebat 20
Pauper quis dicatur 48 *Paupertas Chriſti qualis* 50
Paupertas quam diues ſit 48
Pax vera quæ ſit 164 *Pacis efficacia* 165
Peccata qualiter in nobis ſint ſemper 201
Perſonæ diuinæ quando ad nos veniunt 233
Pii homines iræ Dei reſiſtere dicuntur 137

Poſſeſſor verus ſuarum rerum quis dicantur 57
Prælati quas facies habere debent 60
Præcepta diuina ad lenitatem deducta per Chriſtum 32
Pulcritudo laudabilior in toto quam in partibus 228
Q*Vibus ſolis Chriſtus aperiat* 26
R*Efrigerium quid ſit* 69
Refrigeria qualiter varia 69
S*Abbatum ſpiritualiter obſeruare debemus* 172
In ſabbato quid attendendum 172
Sabbati venerator quis 172
Sacerdos quid interpretetur 37
Sacerdos quis inſtituendus 35
Sacrificiorum duo genera 138
Sancti cur dormire dicantur 103
Sanctorum doctrinis qualiter credendum 124
Saluare multipliciter accipitur 53
Salus qualiter ex Iudeis orta 42
Sapientia vera à quibus inuenitur 110
Seruitus duplex 146
Seruiendum aliter Deo, aliter hominibus 247
Seueritas Dei quibus bona & quibus mala 238
Signum dilectionis Dei in nobis 213
Signa ſalutis noſtræ quæ ſint 73
Spadones ſpirituales qui dicantur 183
Spiritus. S. & Deus dicitur & donum 117
Spiritus. S. quid ſit in nobis & quid operetur 234
Superbus ſemper inuidus eſt 108
Sponte ad Chriſtum accedimus 140
Stultitia quid ſit 38
T*Ormenta quando in nobis leniantur* 44
Tempus qualiter eternum dicatur, & qualiter non 150
V*Oluntas ſola coronatur* 65
Vindicare ſeipſum 197
Virtutes qualiter fines dicantur 17
Virtutes qualiter ſint quærendæ 17

INDICIS FINIS.

CONCILIATIONVM LOCORVM communium totius *Scripturæ Sacræ.*

CONTRAPOSITIO PRIMA.

F*Vndamentum unicum eſſe Paulus refert.* 1.cor.3
Fundamẽta duodecim eſſe Ioannes docuit. apoc.21

Si vnicum tantum eſſe fundamentum dixerat eſſe Paulus, vnde hauſit Ioannes (qui poſterior ſcripſerat) duodecim fuiſſe fundamenta? Profecto ſi vnicum tantum, quomodo ſunt duodecim & econuerſo, ſi duodecim quomodo vnum tantum? Non enim vno eodemque ſenſu, licet eodem ſpiritu, locuti ſunt, hi duo ſancti Apoſtoli. Paulus enim de fundamento fidei noſtræ locutus eſt in priori loco, ait enim dum Corinthios alloqueretur. Funda- 1.cor.3.
mentū aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt Chriſtus IESVS. Sed Ioannes de ciuitate illa ſuperna locutus (quam expecta- apoc.21
mus) atteſtatus eſt duodecim eſſe fundamenta eius. ait enim. Et murus ciuitatis (cœleſtis ſuple) habens fundamenta duodecim. At ſi primum ſenſum ſequi volueris, dicemus Apoſtolos duodecim fuiſſe fundamenta eiuſdem fidei noſtræ, non primaria ne primæ obſtemus ſententiæ. Idcirco

ne in erroris ſiluam remaneamus, explanandum duximus quid ſit fundamentum, et cur Chriſtus. hoc in loco fundamentum cenſeatur enucleandū intendimus. Non enim vbique ſub eodem ſenſu, intelligenda eſt oratio ſiue dictio, Docet enim ipſius literæ contextus, vel alius diuinæ ſcripturæ locus, quo ſenſu accipienda ſit litera. Fundamentum enim idem eſt quod fundi ſtabilimentū. Habet enim ipſum fundamentum quoddam prius, & quoddam fortius, prius inquā, quia ab ipſo dependent omnia alia, quæ illi (vt moris eſt) ſupraponuntur, tanquā ſecundaria, fortius quidē, quia fundamentum habet pondus totius ædificii ſuſtinere. Quæ omnia quoddam diuino numine, repe riuntur in Chriſto domino noſtro. Ipſe enim eſt fundamētum prius ac fortius totius noſtræ fidei, ſuper quod conſtructum eſt totum noſtrum ſpiritale ædificiū. Ipſe enim ſic prior ac omnibus fortior dicitur, vt ſine eo nullus prorſus valeat ſui operis ædificium conſtruere. Et ideo congruum fuit, vt ſuper hoc vnico fundamento fidei fundaretur æccleſia ſancta Dei. Et hoc miſtice figurauit Chriſtus, dum Petrum alloqueretur dicens. Et ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. Et pro certo neceſſe fuit, vt hoc fundamentum eſſet ſolidum atque firmum, ſuper quod tantum ac tale ædificium (æccleſia videlicet) ſeu Chriſtiana religio fundāda erat. Sic enim ſolidum eſt hoc fundamentum, vt radicem ſuam in cœlis habeat. Sed dicet forſan quiſpiam. Si Chriſtus caput noſtrum dicitur, quomodo fundamentum noſtræ fidei dici poterit, quod ſemper deorſum eſt. Audi quia Chriſtus, idcirco fundamentum noſtrum dicitur, quoniam ſicut in ædificio nihil præponitur

Fundamētum quid ſit.

chriſtus fundamētum noſtrum dicitur.

Mat. 16.

fundamento,

ſundamento, ſic in ædificio noſtri boni operis prę ponẽdus eſt Chriſtus, alioquin totum rueret. Inquit enim. Sine me nihil poteſtis facere. Præterea Io. 15. ſicut fundamentum materialis fabricæ in imo ſitum eſt, ita fundamentum huius ſpiritalis fabricæ in ſummo locatum eſt, quia ſemper reſpicit ſurſum. vel dicas, iuxta alium ſenſum, quia in imo, hoc eſt in maxima humilitate fundatũ eſt. Quapropter dixit. Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde. Hanc nihilominus eſſe differentiam ſcire te velim optime lector, inter tærrenã & cœleſtem ædificationem, quia tærrena, ſemper a tærra incipit, ſed cœleſtis extructio, a ſuperno creſcit exordio. Quapropter, fideles ĩ meritis aucti ſunt, quia ſuperædificati fuerũt ſuper hoc vnico & ſtabili fundamento. De quo Paulus, dum Epheſios alloqueretur ait; Superædificati ſupra fundamẽtum Apoſtolorum & Prophetarum. Solus ergo fundamentum Chriſtus dicitur, qui ſicut omnia portat, ſic omnia ſuſtentat, & ſuſtinet, in quo tota ſtructura fidei noſtræ coaptata eſt. Nam quidquid aliud dixeris, ſiue faſtigium, ſiue parietes, ſiue quidquid aliud fuerit, totum ipſe ſuper ſe baiulat. Quem ſenſum forſan ſecutus eſt propheta illæ, qui de eius imperio in figuris locutus ait: Cuius imperium ſuper humerum eius. Sed Paulus hoc explanauit apertius, dum allocutus Hębreos ait: Portans omnia verbo virtutis ſuæ. Fuit itaque hoc fundamentum in altum locatum (vt prę fati ſumus) ne inuaderetur. Caſtra enim in locis altis & eminentibus fundata, ſunt magis inexpugnabilia & difficilia ad capiendum. In cœlis igitur locatum eſt hoc fundamentum, ac in rebus altis, ne facile a malignis ſpiritubus expugnaretur,

Fideles cur aucti ĩ meritis

Ephe. 2.

Heb. 1.

Eſa. 9.

Fundamẽtum æccleſiæ cur in altum.

tur, quos non aliter, nec aliis armis, ſeu telis valemus expugnare nec vincere, niſi locati ſimus in hoc ſtabili ac firmiſsimo fundamento. Idcirco Petrus alloquutus fideles hortatus eſt illos dicens, Cui, videlicet Diabolo reſiſtite fortes in fide. Eſt quoque ſolidum atque firmum hoc fidei fundamentum, ne ſuffodatur, in cuius ſtructura lapides viui, hoc eſt ſancti viri, ac omnes prædeſtinati radicem habent. In ipſo enim ſancti Prophetę, ac ſancti Apoſtoli fundati, vera dixerunt, veraque propheta runt, futura tanquam præſentia prænun tiantes. Nec valet Diabolus toto ſuo conatu ſathanico (vt prætulimus) ſuffodere, quod conſtat, ſuper tam fortes lapides ſitum eſſe. Eſt etiam hoc fundamentum noſtrę fidei ſiccum, ne corrumpatur. Locus enim ſiccus melior eſt pro fundamento ædificii quam locus humidus ſeu lutoſus, ſic æccleſia fundata eſt in ſiccitate, hoc eſt in paupertate & aſperitate penitentiæ, & non in luto diuitiarum, ac in delitiarum cęno. Quapropter ſententias initio adductas conciliantes, arbitramur fore dicendum ad poſteriorem, quod licet ſancti Apoſtoli, dicendi ſint fundamentum huius miſtici ac ſpiritualis ędificii, nō tamē illud primarium, quod fundamentum fundamentorum (vt ita dicam) vocari libet. In quo tanquam ſecundaria fundamenta, locata ſunt cętera, vt in altū ſurgentia, eleuarentur in apicem. Aedificemur ergo & nos, non ſuper fundamento, quod ſitum eſt in terra, cuius pondus parietum ad ima tendit, ſed ædificemur in cœlum, & illic toto corde tendamus, ne inter illos inueniamur, qui non in Chriſto, ſed in rebus humanis & vanis, in diuitiis & fauoribus, in honoribus, & amiciciis huius ſęculi funda

1. petr. 6

Diaboli ĩpotētia

Eccleſia ĩ quibus fundata.

Apoſtoli fundamētum non primarium

mentum

mentum locauerunt, quod nullatenus poteſt eſſe firmum & ſtabile, licet videatur eſſe ſublime & firmum his, qui tãtum carnem ſapiunt. Non itaque ædificemur ſuper hoc fundamentum arenoſum mundanæ proſperitatis, prophanæ pompoſitatis, ac humanæ carnalitatis, ne in peccatis ruẽtes, miſerabiliter corruamus, ac ad loca regionis tartareæ finaliter deſcendamus, quin potius murum noſtrũ ædificemus ſuper fundamento, quod cõfectum eſt, ex calce ardentiſsimæ charitatis, ex arena profundæ humilitatis, ac ex lapide duro cõſtantiæ ac firmitatis. Super hoc fundamento fundati ſancti martires; Vicerũt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt Dei repromiſsiones. Quibus pręhabitis facile colligere potes harum ſententiarum conciliationem. Heb. 2.

CONTRAPO. II.

Omnia ſunt poſſibilia apud Deum.
Deus non poteſt facere ingenita quæ facta ſunt.

Si in pleriſque locis ſcriptura ſacra de Dei omnipotentia locuta, commemorat eum omnia poſſe. Et nihil eſſe impoſsibile apud eum atteſtatus eſt Gabriel, dum alloqueretur virginem. Cur Agathon quidam nomine, profeſsione philoſophus, auſus eſt dicere hæc verba formalia? Hoc ſolo priuatur Deus, ĩgenita facere quę facta ſunt. Cuius opinioni adherrentes nouitiores theologi, ſic concorditer reſtrinxerunt hanc Dei potentiã, vt non nulla Deum non poſſe facere arbitrati ſint. ea videlicet, quæ (vt aiunt) contradictionem implicant, vt puta quod idem ſit & non ſit, quod tempus ſit in iſtanti. Nec poſſe facere mundum non fuiſſe creatum, cum hoc iam tranſierit in præteritum,

Mar. 10
Agathõ.
Agathõ

in præteritum,& reliqua conſimilia. Quæ omnia idcirco Deus non poteſt facere, quia, vt præhabitum eſt, contradictionem implicant. Quibus verbis (vt liquido cernimus) infirmari ac debilitari videtur eius potentia. Quippe ſi Deus non poſſet hæc facere, omnino ſequeretur, quod ipſe non eſſe omnipotens, quin potius incrementum ſeu decrementum pateretur eius potẽtia, id quod abſurdum eſt cogitare, cũ omnino repugnet ſuæ diuinitati & potentiæ, quæ nunquam coarctatur loco, nec limitatur termino, nec immutatur tempore, nec minus faticatur opere. Quapropter, hæc quæ prætulimus, ſic mentem noſtram diuerberant, vt piis auribus hoc audire abſurdum videatur.

Pſal. 70. Quis enim hominum cœlum aſcendens

Eſa. 40. fuit ſibi a conſiliis? Quis introiuit in potentias eius, qui cœlos palmo põderauit? Quis hãc Dei potentiam cõmenſurauit, vt audeat dicere. Deus non poteſt facere quin pręteritum non fuerit pręteritum? Nonne præteritum veluti futurum, ſibi ſemper præſens eſt, cum nihil tranſeat apud eum, cui omnia ſunt ſemper præſentia, eaque vnico actu æternitatis intelligat atque conſpiciat? Nõne ſapiens de Dei potentia locutus ait: Quod

Eccle. 3. Deus inſtaurat quod abiit? Has autem rationes modo ex aduerſo adductas abiicientes theologi, eaſque tanquam friuolas & inanes iudicantes, et ſuas, econtrario defendentes audacter dicerent, hanc impoſsibilitatem (quam prætulimus) non eſſe intelligendam ex parte diuinæ potentiæ, quę quoniam eſt infinita ſemper eſt eadem manens.

Boetius. Vnde Boætius. Stabiliſque manens, dat cuncta moueri, ſed ex parte rei non factibilis, ſuam trahit originem, hæc impotentia? Quia rebus ipſis ac

earum

earum naturis, hoc omnino repugnare videtur. Addentes quia potentia, quæcunque ſit illa, non eſt niſi reſpectu alicuius operabilis, & ideo, quando aliquid eſt determinatum, vt ſit præſens actu, vel tranſiit in præteritum, amittit rationem ſuæ poſsibilitatis. Et ideo, quia præteritum iam expirauit & tranſiit, non poteſt Deus facere (inquiūt theologi) ꝙ illud non fuerit præteritum. Nec ex hoc (vt aiunt) quoquomodo leditur aut minuitur Dei potentia. Quia defectus iſte (vt præmiſimus) ex parte præteriti oriri dūtaxat perſpicuū eſt. Inſuper addētes, quod magiſter in primo ſententiarum libro depoſuit, dum de Dei omnipotētia locutus eſt. Ait enim. Dicimus Deū eſſe oīpotentem, & ſemper poſſe quidquid ſemel potuit, ideſt habere omnem illam potentiam, quam ſemper habuit, ſed non ſemper poſſe facere, quod aliquando potuit facere. Idem dicendum putat de eius volitione. Quoniam quidquid ipſe Deus voluit, & vult, ideſt omnem voluntatem quam habuit, & modo habet, non tamen vult eſſe vel fieri omne, quod aliquando voluit eſſe vel fieri, ſed vult fuiſſe, vel factum eſſe, idem per omnia & de ſcientia eius putat eſſe dicendum. Hos autem qui dicunt, Deum non poſſe facere aliqua, quia naturis rerum, hoc repugnare aſſerunt, citatos eſſe vellim, quærerem enim ab eis, in qua accademia hoc didicerint. Quis enim in genere hominum, poſt Adę lapſum, tam perſpicacis ingenii aliquando repertus eſt, vt rerum naturas introſpiceret? Inquam poſt Adæ lapſum, quia ipſe in primeua ſui conditione, inter cętera dona ſibi cœlitus collata, hoc potiſsimum accepit a domino, vt omnium rerum naturas, ſua cognitione penitius agnoſceret,

Theologi.

Magiſter Sen.

ret, cum earum ideas in ſua mente concreatas cõ tineret, propterea, iuxta ipſarum proprietates, no mina impoſuit. Inquit enim legifer Moſes, dum de huiuſmodi nominum impoſitione locutionẽ habeiet. Omne quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius. Hæc autem cognitio, ſic in ſuis poſteris poſtmodum obtenebrata fuit poſt lapſum, vt nulli liceat (naturali dũtaxat præſidio) nec minimi vermiculi, aut pulicis natu ram ad plenum agnoſcere. Cur igitur a quibuſdã dicitur quia naturis rerũ hoc vel illud repugnat? Quis enim hanc rerum repugnantiam agnoſcere valuit? Quis rerum eſſentias introſpexit aliqñ? Nonne earum differentiæ, cum ſint infinitæ (vt peripateticorum princeps atteſtatus eſt) ſunt nobis ignotę? Nec obſtat, quia quaſdam illarũ tanquam balbutientes circũloquamur, putantes rationabilitatem eſſe hominis differentiam, rudibilitatem aſini, hinnibilitatẽ vero differentiam eſſe equi, & conſimilia. Non ergo dicãt, hęc non ſunt poſsibilia, quia earum naturis hoc repugnare videtur, quia qui virgini pręparauit vterum, vt pa reret ſine viri ſemine, poteſt forſan & hæc facere. Nonne contra naturæ ordinem hæc virgo generat, quę viro mixta conſueuerat generare? & tamẽ hoc fieri potuiſſe, nos catholice cõfitemur in ſymbolo Nonne contra naturæ ordinẽ legimus, Iordanem fluuium conuerſum fuiſſe retrorſum? Nonne contra naturam iudicatur, ferrum ſuper aquã natare? Grauior enim eſt ferri ſpecies, quã aquarum liquor, dicente Gregorio, & tamen hoc eueniſſe firmiter credimus Heliſei tẽpore? Nonne etiam naturę repugnat hominem iam mortuum, viuentem reddere? Dicente Philoſopho. A priua-

tione

Primi hominis dignitas

Gene. 3

Ariſtoo.

Pſal. 113

4. Reg. 6

Philoſophus.

tione ad habitum non fit regreſſus per naturam. Itidem dicendum arbitramur de cęco nato Hæ.n. ſententię,quas modo recitauimus, tãquam veræ & catholicę ab vnoquoq; fideli admittendę ſunt, in quibus diuina potentia ſuppleuit naturę defectum, non obſtantibus quibuſcunq; repugnãtiis ſeu contradictionibus, ab intellectu creato inuentis. Abhorremus itaque,dicere ſeu audire, Deum non poſſe facere ingenita,quæ facta ſunt. Deum non poſſe facere præteritum non fuiſſe pręteritũ. Nõne in pſalmis legimus ꝙ Deus facit quidquid vult in cœlo & in tęrra? Et ſi facit, quis reſiſtet ſibi? Nonne de operibus totius mundi legimus. Quia ipſe dixit & facta ſunt? Quapropter dum de Dei omnipotentia loquimur, ſeu cogitamus, nõ innitamur ſenſibus,ne in ſirtim cadamus.Plerique enim falluntur,qui tantum ſequuntur imaginationem, & innituntur ſenſibus, non valentes aliud apprehendere, niſi quod naturalis ratio ſuggerit. Recedat itaque omne infidelitatis ambiguum,quoniam qui omnium eſt auctor, ipſe eſt etiam infinitæ potentiæ. Rectius ergo ac honeſtius eſſet dicere, loco iſtarum ſentẽtiarum, quod repugnat rei quę facta eſt ingenitam eſſe. Repugnat pręterito non fuiſſe pręteritum.Quanquam forſan laudabilius eſſet dicere Deus non vult prę teritum non fuiſſe præteritum, Deus non vult rem genitam fuiſſe ingenitam. Sic enim idem ſenſus haberetur, ſed fidelior ſed reuerentior. Et forſan magiſter in præallegato loco ab huiuſmodi ſenſu non diſſenſit, dum de Dei volitione locutus ait: Deus non vult non eſſe vel fieri, quod aliquando voluit eſſe vel fieri. Et hic cogitationem noſtram terminemus, nihilque aliud quæ-

Pſal. 113

Pſal. 2.

Pia locutio.

magiſter

rentes in huiuſmodi, ne (vt cæcutientes) corruamus in præceps. Sed forſan aliqui ex aduerſo obiicientes dicerent. Si Deus poteſt facere id non fuiſſe, quod aliquando fuit, ſequeretur ꝙ contradictoria vnius & eiuſdem ſimul eſſent, videlicet, eſſe & non eſſe rei, quod nunquã admiſſum fuit, fieri poſſe per quamcunque potentiam? Sequeretur eſſe rei (inquiunt iſti) quod acquiſiuit dum facta fuit, nõ eſſe vero eius, ſi Deus faceret ipſam non fuiſſe, quæ aliquando facta eſt. Non negamus ꝙ id omnino impoſsibile appareat intellectui noſtro, qui id quod habet a ſenſibus recipit.
Ariſtot. Dixit enim Ariſt. Omnis noſtra cognitio ortum habet a ſenſu, Sed abhorremus vti hoc modo loquendi dicentes. Deus non poteſt facere hoc vel illud. Qui enim omnia ex nihilo creauit, forſan ſuper hoc habebit aliquam potentiam, quam tu, cum ſis mortalis et finitus intelligere nequis, ipſe vero immortalis & infinitæ potẽtiæ. Caueamus itaque dicere. Deum non poteſt facere hoc vel illud, cũ omnis creatura (vti verbis vtamur theologicis) ſit in potentia obedientiali ipſius Dei nõ
Auguſt. obſtantibus quibuſcunque. Admittimus tamen (Vt Auguſtini vtar ſententia) Deum non poſſe aliqua, ſed altero ſenſu, ſed ſaniori, ſed fideliori, vt
Quæ Deus nõ poteſt. puta dicentes. Deus non poteſt mori, Deus non poteſt falli, Deus non poteſt mentiri, Deus non poteſt inique agere, & conſimilia. Nec ob hoc, quia iſta non poteſt ſequitur, ꝙ ille non ſit omnipotens, ſed ideo omnipotens, quia talia & conſi-
Auguſt. milia non poteſt, quæ ſi poſſet (inquit Auguſti.) non fuiſſet dignus vt eſſet omnipotens. Dices iterum, ſi præmiſſa non poteſt Deus, cur non magis dicendum eſt de ſententiis ex aduerſo, ſuperius al
legatis

legatis cum idem videatur eſſe iudicium harum & illarum? Huic reſpondentes negamus ſimilitudinem, quia ingenita facere quæ facta ſunt, & præteritum facere ꝙ non fuerit præteritum (etiã ſecundum theologos) non repugnat diuinæ potentiæ, quæ omnia poteſt facere, ſed rebus ipſis, quæ (vt aiunt) amiſerunt rationem poſsibilitatis, ſed Deum mori, Deum falli, Deum mentiri & conſimilia, diametraliter repugnant diuinę potẽtiæ ac decori tãtæ maieſtatis. Quippe, ſi Deus poſſet mori, poſſet mentiri & ſimilia, non eſſet omnipotens. Idem arbitramur dicendum de propoſitione hac. Deus non poteſt facere aliũ Deũ. Repugnat enim hoc ſuæ vnitiſsimæ eſſentiæ, vt alteri communicetur, qui ſit alius Deus, quod & neceſſario fieret, ſi Deus, alium Deum facere poſſet. De omnipotentia vero Dei Auguſtinus locutus in ſermonibus de tẽpore ait: ꝙ totum ad volũtatem ſuam redegit Deus, qui poteſt, & quod impoſsibile eſt, addens quia idcirco omnipotens dicitur, quia illi nihil impoſsibile eſt, qui cœlum tærram mare, & omnia quæ in illis continentur, non aliquo operis actu, ſed ſolo uerbi ĩperio creauit. Non ergo poterit Deus aliqua facere, quę intellectui noſtro apparent impoſsibilia? Quis enim hoc dicere auderet, niſi inſanus & ratione carens? Quis talia cogitare? Nonne idem Auguſtinus alibi dixit, ꝙ Deus plura poteſt facere, quam intellectus noſter valeat intelligere? Ceſſemus ergo ab his fantaſmatibus, ceſſemus inquã dicere, eum non poſſe facere aliqua, & intellectũ noſtrum ſubiiciamus ſuæ omnipotentiæ, qui omnipotentem coarctamur in ſymbolo confiteri. Sapit enim neſcio quid impotentiæ eius dicere.

Theologi. Auguſt. Auguſt.

Hoc

Deus nõ minus dicitur ops non faciẽdo aliquid quam faciendo.

Hoc Deus non poteſt facere. Dicãt quidquid velint aliter ſentientes. Facit enĩ ipſe quidquid vult, qui & non minus omnipotens dicitur, non faciẽdo quæ non vult, quam faciendo quæ vult. Ad ſentẽtiam vero Agathonis initio ex aduerſo adductam, ex ſuperius dictis reſponſionem ad plenum colligere potes. Eſt enim impropria locutio, & minus reuerens fideli homini dicere. Deũ non poſſe facere ingenita quæ facta ſunt. Cum enim de Dei potentia loquimur, aut cogitamus flectamus intellectum noſtrũ, arbitrantes nihil impoſſibile dici apud illũ, qui omnia poteſt, & hic mẽtem noſtram ſituamus, non curantes plus ſapere, nec inueſtigare, quam oporteat, ne in erroris laqueum miſerabiliter incidamus. Faciat enim ipſe quidquid vult, ipſa eſt eius omnipotentia. Faciat inquã quidquid bene vult, quidquid iuſte vult, quia quidquid male fit (vt Auguſtini vtar verbis) ipſe non vult. Non enim eſt Deus iniquitatis, ſed ſummæ ac ſimplicis veritatis. In his tamẽ optime lector quæ ſupra memorauimus, nulli præſcribo meam ſententiam, quiſque ſuum habeto iudicium, modo ſincerum, & ſanum, ac conforme illuminatæ & catholicæ fidei, quæ tanquam ignita facula ardet & ſplendet in homine iuſto, iuxta quã innixos eſſe volumus, theologos honorifico, eoſque tanquam patres, & dominici agri cultores ſemper veneratus ſum, ſed placuit in conciliatione harum duarum ſententiarũ meã ſubſcribere opinionem.

Auguſt.

CONTRAPO. III.

Eſa. 27. INdignatio non eſt mihi.

Eſa. 34. *Indignatio domini ſuper omnes gentes.*

Si Deus ore prophetico locutus, atteſtatus eſt

indignationem

indignationē ſibi non ineſſe, cur infra paucis quibuſdam interpoſitis, voce eiuſdem prophetę, indignationem domini ſuper omnes gentes venturam eſſe denunciatur? Hæc enim vt liquido cernimus, ſimul ſtare nequeunt. Sed ſi mentis aciem velimus erigere, procul a nobis aufugiet omnis ambiguitas. Non enī iraſcitur ſeu turbatur Deus ſicut homo, ſed ſemper in tranquillitate perpetua immobiliter ſituatur. Hoc enim cognouit illa ſancta femina, quę de Deo locuta ait: Deus ſicut homo non īmutatur, nec ſicut filius hominis ad iracundiam concitatur. Quapropter dum de Dei indignatione ſcriptura loquitur, eam ſine turbulenta affectione oportet intelligi. Nec vllam modo facimus diſtinctionem inter iram ſeu iracundiam & indignationem Dei, cum vnumquodque horum nominum eundem effectum Dei ſignificent in creaturis. Nec velim per indignationem Dei aliud intelligas, quam rigor ſuæ iuſtitiæ, qua peccatores aliquando lędit, temporaliter puniendo, ſeu ęternaliter cōdemnando. Lędit quippe ſeu punit temporaliter quoſdā, ne ęternaliter perdat illos in inferno. Viſitat, per flagella, quos nolet deſtinare in gehęnnam. Ne ob hoc dicitur Deus irę, ſed Deus pacis & bonitatis ac clementię. Quinimo ſicut vnumquodque ſuū fugit ac repellit contrarium, ſic Deus, qui eſt vera pax, ſemper fugit iram & cor turbidum ac iracundum. Eſt enim tātę bonitatis Deus, ꝙ licet peccatis noſtris prouocetur ad iram, nunquam tamen ſuam indignationem in nos exercet, niſi gladium ſuę irę immergat in fontē ſuę miſericordię. Quod & ille agnouit, qui ad illum conuerſus ait: Cum iratus fueris miſericordię recordaberis. Eſt enim miſericordia

Iudith. Indignatio dei quid figuret. 1. cor. 14 Ephe. 2. Abacuc. 3.

eius proprietas,ſed ita effectus ſuę uindictę. Punit ergo tãquam a ſua iuſtitia coactus, punit inquã, ſed ſemper (vt aiunt) citra condignum. Hanc in-
Theologi. dignationem diffiniens Auguſtinus ait: Indignatio Dei non perturbatio animi eius eſt, ſed iudicium, quo irrogatur pęna peccato. Et iterum. Indignatio Dei, non eſt aliud, niſi auerſio vultus eius. Hoc verebatur ille, qui ad illum conuerſus
p̃s 50. dixit in p̃s. Ne auertas faciem tuam a peccatis meis. Dum ergo faciem ſuam a te auertit, tunc eũ iratum eſſe intelligas. De conſuetudine tñ trãslatum potentiam vindicandi hoc nomen accepit. Illa igitur vindicta, illud odium, illa diſplicentia, quam Deus effundit erga peccatores, indignationem eius intellige. Eſt enim Deus ſicut aquila, quę licet aliquando diu ſe permittit a cornicibus inſequi, & earum clamoribus moleſtari, finaliter tamen indignata, ſolet eas occidere. Sic enĩ Deus facit, qui quamuis multa hominum mala patienter ſuſtineat, finaliter tamen contra illos indignatur, eos temporaliter vexando flagellis, vt ſic cor recti, a malis abſtineant vel ęternaliter (vt prætulimus) in inferno damnando. Hanc indignationẽ
Ezec. 21 illis minatus fuerat quibus dixit. Effundam indi-
Hier. 4. gnationem meam. Et alibi voce alterius prophetæ ait cautos faciens aliquos. Ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea. Eſt enim ipſe Deus ſicut Elephas, qui quãuis, vt naturales dicunt, ſit animal benigniſsimum, quandoque tamen iraſcitur, nimium prouocatus. Nam licet per ſingulos
2. cor. 1. dies, Deus non iraſcatur, quamuis pater miſericordiarum dicatur, iuſte tamen interdum iraſcitur noſtris iniquitatibus prouocatus. Et quamuis ſic videatur motus indignatione, propter ſeueritatẽ
iuſtitiæ

iuſtitiæ quam exercet ſuper peccatorem, nunquã tamen conturbatur. Conciliantes igitur præmiſſas ſententias initio adductas, placuit ad priorem dicere, ꝙ dum prophetali oraculo Deus prænuntiauit indignationem ſibi non eſſe, de vinea ſua, quæ domus Iſrael erat locutus eſt, quam ſeruare Eſa. 27.
diſpoſuerat, vſque ad nouiſsima tempora. Hanc quamuis totam dilaniatam ac dirutam cerneret illo tempore, noluit tamen illam totaliter perdere, ne promiſsiones patrum irritas redderet ac violaret. Dixit enim eo in loco de hac vinea locutus. Nocte & die ſeruo eam indignatio non eſt mihi, Eſa. vbi ſupra.
q.d. Deus. Non permitto, vt hęc vinea mea, quãuis ſic dilaniata, vt penitus deſtruatur, iuxta ſua demerita, ſed tanquam diligens cuſtos, ſeruo eam die ac nocte, hoc eſt dicere. Curam eius habeo, nõ tam in proſperitatibus, verumetiam in aduerſis, quibus ſic vexatur vt penitus deſtruatur; niſi eã ſeruarem. Nec ob hoc, quia culpis ſuis, ſic dilaniata eſt, indignatio eſt mihi, ſed ſeruo eam tanquam dilectam, ob intercesſionẽ patrum fidelium, quouſque, videlicet, veniat illud felix tempus, quo a fęcibus expurgata, totaliter, fructum honorũ operũ afferre poſsit. Nec de domo Iſrael carnali dũtaxat intelligenda eſt litera; ſed magis de ſpiritali quæ ędificanda & conſtruenda erat, ex omnibus gentibus in Chriſto credituris, vt Paulus liquido Ro. 9.
aperuit, dum cum Romanis ageret. Altera vero Eſa. 34.
ſententia quę poſterior eſt, de indignatione extrema & finali intelligenda eſt, quam iuſtus iudex manifeſte exercebit in die vltima, quando, videlicet, congregatis coram ſe omnibus gentibus dicet his, qui a ſiniſtris eius erunt. Ite maledicti in ignem æternum. De hac die, indignatione plena

Eſaias

tior, ad quem veluti ad vltimum illæ finis,qui finis virtutum dicitur,deducit hominem, quem ſine Chriſto, qui finis omnium dicitur, valemus conſequi minime. Sunt tamen ambo fines boni & neceſſarij, ſic ad inuicem vniti & coniuncti, vt ſeparari nequeāt,vnus ab altero,primo enim videlicet virtutibus, proficimus in via,ſed ſequē ti perficimur in patria. Sic enim finis hominis dicuntur eſſe virtutes,vt ad alium poſtmodum tendamus,ſed non ſine Chriſto(vt prętulimus)quia ipſe ſolus eſt oſtium per quod ingredimur cœlū. De hoc enim fine, qui finis vltimus dicitur, ad quem cęteri fines ordinantur,ſapiens locutus ait: Omnia propter ſeipſum operatus eſt dominus. Ipſe enim ſic finis noſtri appetitus eſſe dicitur,vt pręter illum non ſit alius,quo beetur homo.Sunt itaque virtutes a nobis quærendæ, ſed non propter ſeipſas, quinimo propter illum finem amandæ & quęrendæ ſunt,qui pręmium virtutum eſſe dicitur. Et hic ſolus eſt Deus noſter,ad quem tendimus,vt in illo perpetuo quieſcamus. Quapropter,errant qui aliunde finem ſuum collocant.Errant inquam,qui ſuis niſibus,ſua virtute,ſuis conatibus, hunc quem diximus finem adipiſci ſperant.Si qui vero ſunt alij fines,qui honore & laude digni inueniuntur,ad hunc ſolum,qui vltimus dicitur, ordinandi ſunt.Quippe alij fines propter hunc adipiſcendum quærendi ſunt a nobis,hic vero ſolus, propter ſeipſum. Quomodo enim finis viæ tuæ eſt locus,quo tendis, ſic finis totius noſtri boni operis,noſtri ſtudij,noſtri laboris dicitur Deus,quo ſolo reficimur, & quieſcimus,& ideo primo quærendus eſt. Nam ſicuti agricola poſt multos labores in fine recolligit fructum. Nauta

Virtutes quō fines dicātur.

Io. 10.

Sap.

Virtutes qualiter quærendæ ſunt.

De quō finis noſter dicitur.

poſt multa pericula finaliter venit ad portũ, operarius poſt multas pœnas in fine venit ad præmium, ſic ſancti & iuſti viri, poſt multas miſerias huius mundi, finaliter veniunt, ad hanc vitam beatam, quę ſola finis noſtræ requiei dicitur, ad quam vt tendamus inuitamur ab illo, qui ſic fideliter laborantibus & certantibus pro eius nomine ait: Venite ad me omnes qui laboratis, &
Mar. 5. onerati eſtis, & ego reficiam vos. Ecce qualis
Auguſt. erit finis ſine fine. De hoc enī fine Auguſtinus locutus ait: Ipſe enim erit finis deſideriorum noſtrorum, qui ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, & ſine faticatione laudabitur. Ipſe enim finis noſter dicitur, qui eſt principium ſine princi-
Apoc. 1. pio, ipſe ſolus Alpha & ò. Nam quæſo quis alius finis poteſt dici hominis chriſtiani, quam peruenire ad regnum cuius nullus eſt finis? quando, videlicet, poſt hanc vitam vacabimus indeſinenter
1. Ioã. 3. contemplationi diuinæ, & uidebimus Deum ſicuti eſt, laudantes eum perenniter cum ſanctis angelis. Pro hoc fine igitur conſequendo, libenter debemus laborare & certare, dum in hac vita ſumus, & ipſum totis uiribus, totiſque conatibus procreare. Hunc enim finem ſitiebat Paulus, ad
Phi. 1. hunc ſolum aſpirabat, dum ait: Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Pro hoc fine obtinendo, certabat aſsidue, pro hoc tot perſecutiones, tot pericula, tot minas, tot cedes ſuſtinebat hilariter. Quapropter huius finis deſiderio totus ardens aiebat:
Ro. 8. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? tribula-
Eccle. 9. tio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? Concilian tes itaque prænotatas ſententias initio adductas, arbitramur dicẽdum, quod ſapiens dum ſuam ſen

tentiam

tẽtiam protulit, iccirco ambiguus apparuit, quia contẽplatus eſt omnia ęque euenire, iuſto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas, & ſacrificia contemnenti. Nouerat enim caſum eſſe in omnibus, quæ ſub cœlo geruntur, & ideo dixit. Neſcit homo finem ſuum, hoc eſt dicere. Ignorat enim ex ſuis viribus, ſuo iudicio, non valet comprehendere, qualem finem ſortiatur vitæ ſuæ pro his quæ operatus fuerit. Subintulit poſtmodum dicens. Iudicium a domino egredietur ſingulorum. Paulus vero, quia lucidiori lumine fuerat illuſtratus, tanquam certus de accipienda corona confidenter ait: Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Nouerat enim ex reuelatione ſibi a Chriſto facta, vt pie credendum eſt, ſe iam fuiſſe aſcriptum in illo libro ęternitatis, in quo ab ęterno ſcripti inueniuntur omnes prædeſtinati & ſic, vt non amplius ab illo delendi ſint. De hoc enī libro, & de his qui in illo ſcripti ſunt, Apoſtolus locutus ait: Quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitę. Et ſic ex iam ſuperius habitis, ſic pacatę reddũtur ſententiæ, vt nulla in illis amplius remaneat contradictio, quoniã licet de eodem fine hominum in vtraque ſententia fiat mẽtio, non tamen vnico ſenſu intelligendæ ſunt pręnotatę ſententię, vt pręfati ſumus.

Eccl. vbi ſupra.
pro. 29.
2. tim. 4.
Phil. 4.

CONTRAPO. V.

Lex Aſſueri regis pro omnibus poſita.
Lex eadem non pro Heſter fuit poſita. Heſt. 15 ibidem

Si rex ille magnus Aſſuerus, qui regnabat ab india vſque Ethiopiam, vt auctor libri Heſter atteſtatus eſt, decreto mandauerat, ne quiſpiam cuiuſuis conditionis extitiſſet aut gradus, atriũ ſuũ

interius intrare præſumeret, niſi ab ipſo rege vocatus alioquin abſque vlla cunctatione, tãquam mandati trangreſſor, interficiendus erar. Cur reginę Hęſter ad ſe intranti, non uocatæ, conuerſus
Heſt. 15 ait: Non enim pro te, ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt? quomodo non pro Hæſter hęc lex poſita fuit, ſi iuſſu regio omnibus in toto regno de gentibus indiſcrriminatim fuerat diuulgata (ut præmiſimus.) Huic autem, quæ non nil contradictionis videtur includere dicẽdum putauimus,
Omnis. quod illud ſignum O M N I S. nõ omnino, nullo prætermiſſo oportet intelligi in illa ſententia. Illud quoq;, quod alibi dicitur. Deus vult omnes
1. tim. 2. homines ſaluos fieri, non ſic intelligendum eſt, quod Deus ſaluos fieri velit etiam ſuæ legis trãſgreſores, ſeu hĳ qui malum operati fuerint, dum erant in mundo, ſed duntaxat prædeſtinatis lata fuit ſententia, quos ab ęterno Deus præuidit ſaluandos, in illa ſua ęterna & diuinali mente. ſecundum quem ſenſum Paulus locutus cum diſcipu-
2. tim. 2. lo ait. Nouit Dminus qui ſunt eius. In his enim
Luc. 2. ſic prædeſtinatis (vt Auguſtini vtar ſententia) omne genus hominum cõtineri nõ ambigimus. Illud quoque phariſeis dictum. Decimatis omne Olus, non omnino intelligendum eſt, pro omni olere, ſed duntaxat pro illo, quod in ſua poteſtate habebant, cum non decimarent omne olus, quod erat in toto orbe tęrrarum, iuxta quẽ ſenſum, aliã eiuſdem Pauli ſententiã intelligendam duximus,
Coll. 1. qua dicitur. Placete omnibus ſicuti & ego omni
Act. 13. bus per omnia placeo. Nũquid ipſe placebat oĩ
vbi ſup. bus ſuis perſecutoribus? Nunquid placebat illi
Quibus Paulus placebat cui dixerat. Percutiat te Deus paries dealbate? Nunquid placebat alteri cui iratus dixit. O plene

omni

omni dolo & omni fallacia &c. Placebat nihilominus omni generi hominum, quod Chriſti congregabat eccleſiæ, ſiue intus poſitis ſiue ſua prędicatione & induſtria introducendis in eam. Sic quoque ſuam propoſitionem inteligendam fore docuerat auctor ſummularum Petri Hiſpalenſis, qua dicitur, Omne animal fuit in archa Noe. Nũquid omne animal quod erat in mundo illo tempore fuerat in illa Archa? Vt intelligatur quod illud ſignum OMNE in illa ſententia poſitum diſtribuat ſequentem ſe terminũ ad ſtandum dũtaxat pro generibus ſingulorum, & non pro ſingulis generum. Conciliantes itaque quæ ſupra memorauimus, arbitramur dicendum, quod poſterior ſententia initio aducta nullatenus contradicit priori, quoniam quamuis reginæ Hæſter ad regem intranti, non vocatæ fuerit indultum, ne neci daretur ob ingreſſum Atrij regij, hoc actum non fuit contra decretum regis, iam poſitum & diuulgatum, quod & conditionatum fuiſſe legimus. Erat enim inſertum in illud. Niſi forte in ſignum clementię rex Aſſuerus virgam auream tetendiſſet verſus ingredientem atrium, licet ingrediens, non fuiſſet vocatus, vt ingrederetur. Quod & eueniſſe nouimus ipſi Hæſter intranti ad regẽ non vocatę. Quanquam diuino miraculo id potius aſcribendum ſit, quam humano opere actũ fuiſſe. Ne, videlicet, Hæſter intrans atrium contra regis decretum moreretur, & poſtmodum, cedes illa crudeliſsima ſequeretur, contra innocentem populum ab Aman ordinata. Sic enim continet contextus literę, vt dicat. Conuertit enĩ Deus ſpiritum regis in manſuetudinem, dum, videlicet, Hęſter intraret atrium, ne neci daretur Iudeorum populus,

auctorũ ſum.

Heſt. 15

Heſt. 15

populus, prout fuerat mandatum. Quibus præhabitis poſterior ſententia quam maxime priori conuenit, quoniam lex ab Aſſuero poſita, non inferrebat mortem, niſi his, quibus regi non erat placitum ſceptrum extendere, in ſignum clementiæ (vt pręmiſimus.) Et ſic conciliatę redduntur prænotatæ ſententiæ.

CONTRAPO. VI.

Luc.9 *Poteſtas collata Apoſtolis ſuper omnia demonia.*

Mar.9 *Apoſtoli non potuerunt liberare quendam demoniacum.*

Si poteſtas a Chriſto collata Apoſtolis, talis erat, ut Lucas refert, quod ſe extenderet ſuper omnia demonia, nullis exceptis, cur quendam poſſeſſum a demone curare nequiuerant, vt atteſtatus eſt Marchus in poſteriori ſententia, vna cũ Mattheo? Vnde ergo orta fuit hęc impotentia? Hæc enim ſic mentem noſtram diuerberant & conturbant, vt non relinquant locum reconciliationis harum ſententiarum. Sed ſi verba dominica diligenter ſcrutari placuerit, facile cõciliabitur, quod contrarium ſonat. Stat enim quod huiuſmodi poteſtas illis collata, fuerit pleniſsima, & ſuper omnia demonia, & quod illi non potuerint hunc demonẽ expellere ab obſeſſo corpore, forſan quod hæc expulſio Chriſto ſoli reſeruabatur, ſed a nobis quærenda eſt cauſa. Demones enim quia non ſunt æquales in virtute naturali, ſed vnus altero fortior, iccirco unus alio difficilius expelli poteſt, vt experientia nos docet, requirebatur enim in expulſione huius demonis ſubiectio carnis ad ſpiritum in expellente, quæ potiſsimum fit per ieiuniũ, & adhuc magna eleuatio ſpiritus in Deũ, quæ fit per intenſam orationem talia autem in il-

Demones varii ĩ virtute

lis

lis primordĳs, adhuc non erant in apoſtolis, dum Chriſtus contulit illis poteſtatem ſuper omnia de monia, quia pro illo tempore, quo Chriſtus perſonaliter cum eis erat non competebat eis ieiunare. Sic enim ipſemet Chriſtus atteſtatus eſt, dum quoſdam incredulos confutaret tentantes eum de hoc corporali ieiunio & dicentes. Quare diſcipuli tui non ieiunant, veluti faciunt diſcipuli Ioannis? Quibus reſpondens ait: Nunquid poſſunt filĳ nuptiarum, quandiu ſponſus cum illis eſt ieiunare? Falſam calumniã vera reſponſione con ſutat. Perficitur tamen hoc ieiunium, dum ex plenitudine & perfectione contemplationis procedit, quale fuit in Moſe. Quãto enim anima eſt magis eleuata in contemplatione, tanto eſt in paucio ri alimento contenta. Dicit enim Philoſophus in Æthicis, quod fœlix contemplatiuus eſt paucisſimis contentus. Nec ſic ieiunium (vt atteſtatur Li renſis) competebat apoſtolis, dum adhuc eſſent rudes & imperfecti, fidemque haberent debilem & tenuem, ac ſemiplenã, ſed prius debuerunt per charitatem ſpiritus ſancti innouari & inflammari, quod poſtmodum actum fuit, in die ſancto Pẽthecoſtes. Tunc enim nouus modus viuendi in illis ortum habuit. Extat alia cauſa non minus efficax illa, quam prætulimus, cur videlicet diſcipuli nequiuerãt hunc eĳcere demonem, quam citat Mattheus narrans hãc Hiſtoriã. Quippe interrogantibus Chriſtum diſcipulis, quare hunc demonem non potuerunt eĳcere, reſpõdit dicens. Propter incredulitatem veſtram. Ex quibus liquido patet, vnamque cauſam, illam, videlicet, quæ hic a Marco exprimitur, & alteram, quæ a Mattheo narratur, ſimul concurriſſe in diſcipulis, non ua-

Luc. 9

Mar. 2

Perfectio ieiunii

Exo. 24

Philoſophus

Act. 1

Mat. 17

lentibus illum demonem ab obſeſſo corpore expellere. Conciliantes itaque, quæ ſupra memorauimus placuit dicere, quod licet Chriſtus, hanc omnimodam poteſtatem contulerit apoſtolis ſuper omnia Demonia, quia tamen adhuc non habebant niſi tenuem & ſemiplenam fidem, iccirco nequiuerant illam exercere ad plenũ, niſi poſt aduentum ſpiritus ſancti ſuper illos, qui ſic abundanter deſcendit, ut omnium gentium lingua loquerentur. Tunc enim ad plenum ſolidati atque firmati in fide, omne demoniorum genus illis ſubiectum fuit.

Fides Apoſtolorum tenuis

CONTRAPO. VII.

Apoc. 3
Mar. 16

CHriſtus ſolus aperit & claudit.
Petrus quoque claudit & aperit.

Si ſolus Chriſtus claudit & aperit, ut atteſtatur eſt Ioannes in ſuis reuelationibus, vere non erit alter, qui hoc officio vti poſsit, qui ſi eſſet, nõ erit Chriſtus ſolus clauiger? Nam ſolus dicitur, qui alium ſecum non patitur. Præterea, ſi ſolus Chriſtus claudit & aperit, quod officium erit clauium collatarum Petro? Dixerat enim illi Chriſtus, dum has claues illi promiſerat. Et tibi dabo claues, R. C. An forſan tradidit illi claues, vt iugiter penderent in eius cinctorio funiculo adiunctæ, quod & abſurdum eſt iudicare? Nonne diſpenſatori domus conceditur, vt libere ſuo vtatur officio? Et iterum, Si ſolus Chriſtus claudit & aperit, cur Petrus ab ęcleſia clauiger Æthereus nominatur? Cur ianitor cœli pluribus in locis cenſetur? Hæc enim vt cernimus, ſimul ſtare nequeunt, vt, videlicet, Petrus ſit clauiger conſtitutus a domino, & clauium vſu careat. Clauicularius

vbi ſup.

Eccleſia

Clauicularius qs

cularius enim dicitur, qui clauium vſum habet.
Quapropter, ne & has cõfuſas relinquamus, placuit dicere, quod licet Petrus tãquam regni clauiger fuerit cõſtitutus a domino, vt aperiat & claudat, hoc tamen ex ſe non habet, ſed poteſtatem ſibi traditam recognoſcit a Chriſto, qui tanquam dominus domus, ac omnium auctor per ſe claudit, quibus vult, et econuerſo aperit quibus vult, nemine ſibi contradicente & dicente, cur huic aperis & cur alteri claudis? Contulit autem Chriſtus has claues antequam cœlum ſcanderet, non vni, quamuis vnitati, ęcleſię, videlicet, vniuerſali, quam repreſentauit Petrus, dum huius modi claues ſibi promiſerat Chriſtus, dicens illi. Et tibi dabo claues regni cęlorum. Valde enim dignificatus fuit a domino hic ſanctus Apoſtolus, dum ei dixit Chriſtus. Et tibi dabo claues R. C. Nec dixit ſibi. Ego rogabo patrem, vt det tibi claues, ſed dabo tibi claues inquit. Ac ſi diceret illi Chriſtus. Quemadmodum pater dedit tibi vt me confitendo agnoſceres, ita ego dabo tibi claues R. C. quas dum accepit, æccleſiam ſanctam ſignificauit. Quapropter, & ſi ſint alii, qui harũ clauium vſum habent, hoc id, quod ipſi habẽt recognoſcunt a Petro tanquam a principali. Ipſe enim ſolus eſt Cęphas, hoc eſt caput. Nec obſtat, quia Chriſtus, dũ omnes Apoſtoli ſimul eſſent, tradiderit eis altera vice, ac aliis verbis huiuſmodi claues, omnibus dicens. Quęcunque ſolueritis ſeu ligaueritis ſuper terram, erunt ſoluta ſeu ligata in cœlis. Quia & id, non eſt actum ſine Petro, qui inter alios tanquã principalis affuit. Quẽ poſtmodũ cęteri Apoſtoli ſemper venerari ſunt, veluti paſtorem & curatum totius dominici ouilis,

Chriſt' p ſe claudit.

Mat. vlt.
Mat. vbi ſupra.

Mat. 18

lis,ac caput totius orbis,dicant aduerſarii quidq̄d
Ioan.21 velint in contrarium. Soli enim Petro cura vniuerſalis commiſſa fuit a domino. Ipſi enim ſoli, ter dictum fuit a domino. Paſce oues meas. Si vero alium ſenſum ſequi placuerit dicemus, quod per clauem iſtam, qua ſolus Chriſtus claudit & aperit, poſſumus intellgere, quia ſolus ipſe aperit ad intelligentiam fidei, ſolus aperit ora ad prędicationem verbi, ſolus aperit intellectum ad intelligentiam ſcripturarum, ſolus Chriſtus aperit naturas rerum, ſolus aperit ſenſum ad cognitionem, ſolus inquam aperit affectũ ad dilectionem. Et quoniam quæ electis ſic aperit, claudit reprobis, recte nunc dicitur. Claudit & nemo aperit. Nec obſtat, quia horum quibus aperit damnentur aliqui, quoniam & de his intelligenda eſt litera, qui ſalutem conſequuntur. Quod autem, ipſo ſic aperiente, nemo poteſt claudere teſtentur apoſtoli, qui ab eo miſsi ad euangelizandũ Dei verbum, dum ab infidelibus & tirrannis interrogati

q̄ Xp̄s ſolus ap̄iat

Act.4 eſſent, intrepide reſpondebant dicentes. Non poſſumus quæ vidimus & audiuimus non loqui. Et quibuſdã paucis interpoſitis, dum Lucas loque-
Act.6 retur de Stephano ait: Non poterant reſiſtere ſa-
Mat. 25 pictię & ſpiritui qui loquebatur. Ipſo vero Chriſto ecõtrario claudēte reprobis ea, quę ipſe vult, nemo poteſt aperire, iccirco fatuę virgines foris ſteterunt, non valentes ingredi thalamum ſpõſi. Conciliantes igitur pręnotatas ſententias concludimus dicentes, quod ſolus Chriſtus eſt ille clauiger, ille ſolus ianitor, a quo ſcaturit & æmanat hęc aperiendi auctoritas, a quo cęteri hauriunt & ſuſcipiunt quicquid poteſtatis habent claudendi & aperiendi, prout latius expoſuimus ſuperius.

Nam

Nam licet Petrus & cæteri Apoſtoli, his claui-
bus claudent & aperiant, hoc tamen totum reco
gnoſcunt a Chriſto, qui primus clauiger dicitur,
cui omnis poteſtas collata fuit a patre in cœlo & Mat. 28
in terra.

CONTRAPO. VIII.

Soli Deo honor & gloria. 1. tim. 1
Gloria omni operanti bonum. Ro. 2

Si ſoli Chriſto honor debetur & gloria, vt in primo atteſtatus eſt Paulus, cur Romanis ſcribēs hanc ſuam ſententiam extēdit, etiam ad omnem operantem bonum? Quippe ſi omni operāti bonum honor & gloria tribuenda eſt, non ſoli Deo tribuēdus erit. Alias admonuimus carnalem intellectum multos locos repugnare credētem, qui ſi preſsius intueamur & quæ præcedant atque ſequantur, vtrobique deprehendes potius concordiam, & quod alter alterum exponat, quam pugnēt mutuo. Dicendū itaque arbitramur, ꝙ ſummus honor ſummaque gloria illi ſoli conuenit et debetur, qui primus omnium dicitur, a quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, & ſic prima intelligenda eſt. De hoc enim ſupremo honore, quem ſoli Deo debemus, ipſemet per prophetam locutus ait: Si ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus, quem ſuple ſoli mihi debetur ab omni creatura, tanquam primo & creatori omnium? Nō enim conſentit Deus, vt demus alteri, quod ſibi ſoli conuenit. Quippe de gloria, quę ſibi ſoli ineſt, tanquam ſupremo & factori omnium locutus per alium prophetam ait: Gloriam meam alteri non dabo. Regius quoque vates, ſecutus hunc ſenſum ait in p̄s, dum Deum alloqueretur, Non nobis

Sūmus honor ſoli Deo

Malac. 1

Eſa. 42

Pſal. 113

nobis domine non nobis, ſed nomini tuo da glo
riam, illam ſuple, quę nulli mortalium, ſed nec an
gelis cœlorum debetur. Hic autem honor ſeu hęc
gloria quæ ſoli Deo maximo debetur, non labĳs
ſolum, ſed etiam toto corde, tota mente perficien
dus eſt (vt illi gratus ſit) nobis autem proficuus,
ne ſecus facientes, inter illos inueniamur, de qui-
bus ipſe dominus conqueſtus, ait voce propheti
Eſa. 29 ca. Populus hic labĳs me honorat, cor autem eo
rum longe eſt a me. Et quamuis in hac Chriſti
academia, quadam generalitate (vt ita dicam)
omnes ſint honorandi, iuxta conditionem eorũ-
dem, dicente Petro, omnes honorificate. Nihilo-
1. Petr. 2 minus ſingulorum eſt ordo. Primum enim ho-
norandus eſt Deus, veluti primus amandus ſu-
per omnes & ſuper omnia. Eſt enim primũ man
Mat. 22 datum. Secundo autem loco, honor debetur ge-
nitoribus & parẽtibus, veluti hortamur, dum di
citur. Honora patrem tuum & matrem tuam.
Deut. 6 Dein ſuo ordine dominis et prȩſidentibus honor
1. tim. 6 debetur, dicente Paulo, Serui dominos ſuos om-
ni honore dignos arbitrentur. Sunt poſtmodum
& alĳ, quibus iuxta illorum conditionem & gra
dum debetur honor, veluti ſenibus ſapientibus,
& beneficis, potiſsimum autem dum eos bonũ
Ro. 2 operari videmus, prout prȩnotati Pauli ſententia
nos hortatur dicens. Gloria & honor omni ope
ranti bonum. Quapropter, & ſi omni operanti
bonum honor debetur in hoc ſæculo, qualis &
quantus honor tribuendus erit in patria his, qui
bonum operati fuerint in mundo de gẽtibus. Ibi
enim erit verus honor & vera gloria, vbi lau-
dantis, nec errore quiſquam nec adulatione lau-
dabitur. Ibi verus honor, qui nulli negabitur di-
gno,

Vbi vera gloria & verus honor.

gno, nulli deferretur indigno. Vtique cęteris qui ſuturi ſunt, pro meritis pręmiorum etiam gradus honorum & gloriarum, quis eſt idoneus cogitare quanto magis dicere? Singulis enim bene operantibus in hoc ſæculo commenſuranda eſt gloria in patria ab illo, qui iuſte tribuit vnicuiq; iuxta opera ſua. Et forſan iuxta hunc ſenſum locutus eſt Paulus, dum de claritate ſtellarum, quæ procedit a gloria, ſermonem habuit dicens. Stella autem differt a ſtella in claritate. Honor igitur ſupremus, & omni exceptione maior reddatur illi, non verbis tantum, ſed re ipſa, qui noſtram aſſumendo naturam, ſic nos dignificauit ac honorauit vt pares angelis nos effecerit, ſic honorauit nos, vt poteſtatem nobis contulerit filios Dei fieri. Honor illi debetur, qui ſic nos vniuit ac compaginauit, cœleſtibus, vt filij Dei nominemur & ſimus. Concludentes igitur, quæ ſupra memorauimus diſcuſſum relinquimus, quòd ſummus honor, ſummaque gloria ſoli Deo debetur, cæteris vero poſt ipſum ſeruandus eſt gradus & concilio eorundem, vt plene expoſuimus. Huic autem, non abſque re, placuit addendum dicentes, quòd ſi omni operanti bonum adducti tærram inhabitanti, honor debetur & gloria, iuxta paulinam ſententiam, cur ſanctis qui modo in cœlis habitant fruunturque illa æterna beatitudine non dabimus honorem & gloriam, qui ob bonum quod operari fuerunt dum nobiſcum erant in carne, id munus gloriæ adepti ſunt? taceant igitur, ac ori ſuo imponant ſilentium, qui vacillantes ac deuiantes a vero & catholico cultu ſomniantes dicunt, quòd ſoli Deo exhibendus eſt honor.

[Margin: ps 61. — 1.cor.15 — Ioan. 1 — 2. Ioã.3 — Ro.2]

Abſit

Abſit nihilominus, vt creaturæ impendatur, quod ſoli Deo debetur. Quiſnam honor quæ reuerentia par eſt, quæ inquam laus æqua tribui poteſt tantæ virtuti tantæ gratiæ, tot meritis tantæ gloriæ amicis Dei omnipotentis, quin potius filiis Dei per adoptionis gratiam. Et ſic ex iam præhabitis patet quid pro harum conciliatione fuerat dicendum.

CONTRAPO. IX.

Deu. 30 *Onus legis portare potuerunt iſraelitæ.*
Act. 15 *Neque nos neque patres noſtri portare potuimus.*

Solent enim quidam multum mirari, cur Petrus de mandatis legalibus locutus, ſic ea grauia fuiſſe arbitratus eſt, vt pro nimia eorum grauedine priſci patres ea ferre non potuiſſe aſſereret? Cum ex aduerſo Moſes de eiſdem mandatis populum allocutus ait: Mandatum quod ego præcipio tibi, non ſupra te eſt, neque procul poſitum, ſed iuxta te eſt ſermo valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. Quis enim hos ſic diſcordes, conciliare poterit? quorum alter facie ad faciem cum Deo locutus eſt, alter vero a ſumma veritate edoctus fuit. Nihilominus tanquam balbutientes, illos concordantes placuit dicere præter id quod in priori parte diſcuſſum reliquimus, quod Petrus in prænotato loco locutus eſt de legalibus, Chriſti Euangelio comparatis. Illa enim patrum præcepta euangelicis comparata, grauia ac inſuportabilia videbantur. Sed quibus? duras ceruices habentibus ac tantum carnalia ſentientibus. Diligentibus vero Deum, tota mente ac toto corde licet grauia & dura aliqualiter viderentur, erant tamen portabilia, ea ferre volentibus.

(Margin notes: Deu. 30 beside "populum allocutus ait"; Act. 15 beside "butientes".)

bus. Nihil enim (inquit Auguſtinus) tam facile bonæ voluntatis eſt. Quamuis enim in ſcolis vigiliarum & abſtinentiæ, nomini chriſtiani exerceantur moleſtijs,in his autem omnibus, qui hęc non amant, eadem grauia patiuntur. Qui vero amant eadem quidem,ſed non grauia pari videntur. Omnia enim ſęua & immania prorſus facilia & prope nulla efficit amor. Nam ſi grauia & multa videntur eſſe mandata collata patribus quia 613, ob expectationem tamen retributionis leniuntur & apparent leuia. Hoc contemplatus Regius vates, ſic cor ſuum diſpoſuerat, vt leтanter diceret ad Deum conuerſus. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in ęternū, & cauſam ſubinferens protinus addidit. Propter retributionem. Et in alio p̄s hunc ſenſum ſecutus adiecit: Propter uerba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras. Vocat mandata verba labiorum Dei, quia ore Dei collata fuere in monte Sina. Ea igitur, quæ dura & aſpera videntur laborantibus, eiſdem ipſis miteſcunt amantibus. Vel alium ſecuti ſenſum dicamus ad poſteriorem ſententiam,ꝙ Petrus eo in loco,locutus eſt,non ſolum de legalibus,verūetiam de quibuſdam obſeruantiolis, quæ ad rem non pertinent, ſed tantum ad mundiciam hominis exterioris,inuctis a Rabbinis Iudeorum & additis legalibus,tanquā pręceptorijs,quibus aggrauabant ſimplices & idiotas, alterātes legem Moyſi. Quapropter illa phariſeorum ſecta, ſequens hunc morem mandabat, vt omnino ab omnibus huiuſmodi patrum traditiones ſeruarentur, tanquam ſaluti neceſſariæ, quas forſan Lucas non exprimit eo in loco, dum voce Petri ait; Cur temptatis imponere iugum

ſuper

Auguſt. | Amor omnia efficit. | p̄s. 118. | p̄s. 16 | Act. 15 | vbi ſupr.

ſuper ceruicibus diſcipulorum, quod nec nos neque patres noſtri portare potuimus? Nitebatur enim hæc ſuperſticioſa ſecta phariſeorũ ad Chriſtum conuerſa, ſub quadam ſpecie boni innouare ac imponere talia plebi, quaſi ſaluari nequirēt ſine illis, veluti fecerant illi de quibus Chriſtus

Mat. 16 locutus in Euangelio ait: Imponunt enim onera grauia & importabilia in humeris hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere. Has autem obſeruantiolas vel mauis dicas traditiones ſeniorum nominauerat Chriſtus, dum Iudeos cęcutientes allocutus increpauit dicens. Cur irritum feciſtis mandatum Dei propter traditiones veſtras?

Mat. 16 Conciliantes itaque ſententias initio adductas, clarum & diſcuſſum relinquimus, quod licet mãdata per Moſen collata populo, grauia & dura viderentur, non tamen erant impoſsibilia ad ob-

Auguſt. ſeruandum. Profecto, vt Auguſtinus ſentit. Qui dixerit Deum mãdaſſe impoſsibilia mendax eſt, & omni confuſione dignus. Fuerãt nihilominus hæc antiquorum mandata, ita moderata, ac ad lenitatem deducta per Chriſtum dominũ noſtrũ, vt non amplius dicenda ſint grauia nec aſpera, ſed leuia, ſuauia, & iocunda, diligentibus Deum toto corde. Quod & ſignificauit Chriſtus dum ait: Iugum enim meum ſuaue eſt & onus meũ leue. Quibus ad plenum habitis paret harum ſententiarum conciliatio.

Præcepta ad lenitatem deducta.

Mat. 2

CONTRAPO. X.

Exo. 28 *Sacerdotes antique legis ex genere Aaron tantum.*

2. Reg. 9 *Sacerdotes aliquos non ex illo genere fuiſſe.* L.

Si poſt collatam legem mandauerat Deus, vt non conſecrarentur, nec vngerentur in ſacerdotes

niſi qui ex genere Aaron ſacerdotis ſummi deſcē diſſent, cur ex aduerſo in libris Regum legimus ſacerdotes ęxtitiſſe omnes filios Dauid? Non.n. Dauid fuerat ex genere Aaron, cui per ſucceſsionem, aut filijs eius ſacerdotium conueniret. Cur igitur omnes filij eius ſacerdotes nuncupantur, id nobis elaborandum, & quærendum eſt. Quapropter morem noſtrum ſequti dicimus, quod filij Aaron, iccirco ſacerdotes proprie dicebātur, quia his duntaxat Dei mandato licitum erat miniſtrare in tabernaculo Domini, quorum officio licet nullus alius alterius generis fungi licitum eſſet, attamen filij Dauid regis, ex eo quod primi erant, & maiores apud regem, dum ſacerdotio fungeretur a filijs Aaron, iccirco ſacerdotum nomen ſibi vendicare poterant, ſine pręfatorum iniuria, licet improprie. Hoc vero clarius exprimitur in primo libro paralipomenon, in quo ſic legimus, Filij autem Dauid primi erant ad manū regis. Veluti in propoſito poſsimus dicere, de ſacerdotibus nouæ legis, qui altari ſacro quotidie deſeruiunt. Hi enim ob miniſterium, quo tali officio funguntur, ſacerdotes proprie dicuntur. Quia vero quilibet fidelis renatus fonte baptiſmatis, ex eo quod per Chriſtum, Deo proximus ſit effectus, iccirco & ipſe ſacerdotis nomen accepit, licet improprie. Cum ipſe cęteris nationibus comparatus, longe maior, & prior ſit in honore, & dignitate conſtitutus. Hunc autem ſacerdotalem gradum ab illo obtinere meruit, qui huiuſmodi in ſe credentibus non ſolum tribuit facultatem, vt filij Dei nominarentur, & ſint, ſed etiam conſtituit eos in regnum, & ſacerdotes, vt Ioannes aperuit in ſuis reuelationibus, dum vice horum

Para. 1

Fidelis quilibet quō ſacerdos.

1. Ioā. 3

Apoc.1. fidelium gratias illi agens dicebat. Quia feciſti
Apoca.5 nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes. Quapro-
pter, & ſi communi nomine, Ioanne teſte, omnes fideles cenſendi ſunt ſacerdotes, ex eo quod membra ſunt Chriſti ſummi ſacerdotis, multo magis & excellentiori quoddam modo, hi dicendi ſunt ſacerdotes, qui hunc communem gradum pręcellentes, diuino miniſterio ſunt ſpecialiter deputati, vt in ſacra menſa altaris miniſtrantes, confi-
Heb.8. ciant corpus & ſanguinem domini noſtri IESV Chriſti? Et ideo conciliantes ſententias initio adductas; placuit dicere, quod poſterior ſententia, non incongrue poteſt intelligi de filijs Dauid myſtici, cuius vicem geſsit in terris ille carnalis filius Iſai, dum in humanis eſſet, prout norunt Hębreorum proceres. Huius igitur Dauid myſtici filios ſacerdotes fore debere nouiſsimis tẽporibus nouimus, eo modo tamen, quo ſuperius expoſuimus,
2.Reg.9 prout Samuel prophetali vaticinio ſuuectus pręuiderat, in pręnotata ſua ſententia, dum atteſtatus eſt omnes filios Dauid ſacerdotes fuiſſe. Qđ & clarius poſtmodum pręfinito tempore Petrus explanauit, dum de filijs huius myſtici Dauid locutus, non ſolum vocauit illos, ſimplici nomine
1.petr.2 ſacerdotes, ſed & regios ſacerdotes. Vide igitur & diligenter contemplare optime lector, quantũ cõuenit figura cum figurato. Nam ſicuti filij Dauid carnalis, ex eo quia filij regis fuerant, ſacerdotes regij dici poterant, nonne nobilius & excellentius ſacerdotes regij dici merebuntur, hi filij regis regum omnium? Hic enim Dauid myſticus non ſolum ſummus ſacerdos dictus eſt in ſcriptu-
Apoc.16 ris; ſed teſte Ioanne, Rex regum & dominus dominantium. Et nihilominus hæc differentia attenda

denda

denda eſt inter hos ſacerdotes & illos qui ſpeciali priuilegio dotati altari deſeruiunt, quia illi ſeipſos offerre habent quotidie in hoſtiam viuam, ſanctam, ac Deo placentem, prout Paulus conſuluit, dum Romanos alloqueretur. Horum vero, qui nobiliori ac excellentiori genere ſacerdotes nuncupantur officium eſt, non ſolum ſeipſos offerre in ſacrificium, modo præhabito, ſed quod dignius eſt, conficere & conſecrare habēt corpus & ſanguinem domini noſtri IESV Chriſti, inſuper & alijs miniſtrare, propterea ſicuti omnes alios, qui hoc genere & gradu functi nō ſunt, excedunt dignitate præfulgida, ita omnes alios debent excellere, vita, moribus, ac ſanctitate. His potiſsimum voce domini dictum eſt. Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum, & infra ſancti erūt Deo ſuo. Et licet in hac noua lege, ad hoc tam digniſsimū & excellens officium admittantur omnes indifferenter, nulla carnalis genealogiæ diſcretione ſeruata. Non ſunt nihilominus admittendi ad hoc tam dignum Chriſti ſacerdotium hi, qui duntaxat ſunt nomine chriſtiani, ſed qui, re ipſa, ſimul & nomine cenſentur chriſtiani, qui veluti luminaria mundi ſplendent ac lucent inter alios, vt idonei & digni mediatores inueniantur inter Deum & homines. Sed proh pudor, ſicut ad ſenſum videmus multi ſacerdotes huius infidelis tēpeſtatis non ſolum non præcellunt alios in moribus & virtutibus ſed in criminibus & luxurijs, non ſanctitate ſed vitio, non ſpirituali ædificatione, ſed copioſitate redituum, non in iuſtitia ſed in ſtultitia, non in perfectione & exemplaritate, ſed in vitę & morum corruptione. De his enim conqueſtus dominus ait ore prophetico. Poluti ſunt

Ro. 12

Leu. 19

Leu. 21

Sacerdotes qui instituendi ſint.

Heb. 5.

Hier. 23

ſacerdotes in domo mea, inueni malum eorum. Et inde pro certo eſt, quia tot vicijs inficiuntur, iccirco a cuncto populo contemptui habentur.
Leui. 21 Quippe ſi in lege Moyſi, Dei mandato repudiabantur quidam (tanquam indigni) ne ſacerdotio fungerentur ob quaſdam corporeas maculas, ſeu difformitates in illis repertas, quanto magis repudiandi ſunt in iſta noua lege, quæ teſte Iacobo perfectionis dicitur, qui mente vita ac conuerſatione deformes ac monſtruoſi apparent? Profecto illa corporea deformitas, quid aliud figurabat in illis ſacerdotibus, niſi mentis deformitatem, quippe nec hoc philoſophum latuit, qui de deformitate huiuſmodi corporea locutus, conſiliū præbēs ait:
Philoſophus. Cauete a ſignatis, quoniam ſicut natura fuit illis contraria in ortu, ita erit in moribus. Iſta procul dubio non ſolum exemplantur naturaliter, imo
vbi ſupr. & figurantur literaliter in ſcripturis. Mandat enī Deus in libro leuitici, dicens. Homo qui maculas habuerit, non offerat panes Deo ſuo, nec accedat ad miniſterium eius. Maculas vero ibi enumerat, dicens. Si cæcus, claudus, ſi paruo vel grandi naſo, fracto pede, mancus, gibus & lipus, & cætera quæ ſequuntur. Sed pertranſeamus iſta, quia hic non eſt locus ratiocinandi de conditionibus ſacerdotum, forſan alias, ſi ſe obtulerit opportunitas, latius de illis dicemus. Illud nihilominus infructuoſo ſilentio pertranſeundum non duximus, quod dicit Paulus, dum de inſtitutione presbyteri alloqueretur diſcipulum.
Tit. 1 Dixit enim conſtitues per ciuitates presbyteros, ſi quis ſine crimine eſt. Quippe ſi acceſſurus ad Deum, vt pro peccatis populi intercedat, vt dimittantur, quanto magis ipſe ſacerdos qui tali officio fungitur vice Chriſti

ce Chriſti immunis debet eſſe a criminalibus? Ne aliter ſe habens merito ſibi dicatur. Medice cura teipſum, Sacerdos enim iuxta Ethimologiã vocabuli, ſacer dux, ſeu ſacra dans, vel ſacra docens interpretari nouimus. Dicitur enĩ ſacer dux, per vitæ ſanctæ conuerſationem, Sacra dans per ſacramentorum adminiſtrationem, Sacra docens per ſacræ doctrinæ prædicationem. Et ſic ex iam præhabitis, ac ad longum protractis patet, quali ac quanta ſanctitate vitæ, qualique conuerſatione debet eſſe ſacerdos, qui tali officio functurus eſt in ſacri altaris menſa, Patet etiam qualiter filij Dauid regis Iſrael dicendi ſint ſacerdotes. Et ſic conciliatæ redduntur ſententiæ initio adductę.

Luc. 4
ſacerdos quid interprete tur.

CONTRAPO. XI.

Fatuum dicere fratrem interdictum in Euangelio.
Fatuum dicere fratrem admiſſum in Euangelio.

Mat. 5
Luc. 24

Si fatuum dicere fratrem ſic interdixerat Chriſtus, vt gehenna ignis dignum diiudicaret, qui fratri ſuo fatuum dixerit. Cur ipſe dominus diſcipulos tendentes in Emaus oppidum vocauit fatuos dicens O fatui & ſtulti &c? Paulus quoque, qui in ſuis actibus præceptorem ſuum imitari conatus eſt, inſanos ac fatuos dixit eſſe Galatas. Quapropter ſi hos geminos locos intelligere volumus, & omnem pugnantiam tollere, quæ ſubeſſe videtur, cõſiderandum in primis eſt, quibus loquitur Chriſtus in prænotatis ſententijs, id quod non tantum hoc loco, ſed in vniuerſa ſcriptura obſeruandum duximus neceſſario, excuſſis diligenter quæ præcedunt, & quæ ſequuntur, ſic enim facientes, facile conciliabuntur loca, quæ perfunctorie contraria ſe offerunt. Chriſtus enim

Gal. 3

Luc. 24 iccirco in poſteriori ſententia diſcipulos incredu-
los increpans, vocauit fatuos, quia cum ſcriptu-
ras inter ſe narrarent, eas tanquas fabulas duce-
bant. Inſuper nec mulieribus referentibus, nec di-
ſcipulis alijs crediderant. Nec dicendum eſt, quod vo
cauerit eos ſtultos, pro ſtultitia, quę in eis eſſet (ac
Stultitia quid. cipiendo ſtultitiam prout ſic diffinitur: Eſt enim
ſtultitia rerum appetendarum & vitandarũ non
quelibet, ſed vitioſa ignorantia. De hac.n. ſtultitia
Auguſt. ſermonem faciens Auguſtinus ait: Nulla maior
nec miſerabilior egeſtas reperitur in mundo, quã
carere ſapientia. Nam quæſo quid aliud eſſe puta
mus, hanc in ſe habere ſtultitiã, quam in ſuis acti
bus vitam brutalẽ ducere. De ſic ſtulto putamus
fuiſſe locutum prophetam, dum ait: Simul inſi-
ps. 48 piens & ſtultus peribunt. Stultus enim ſic oĩmo-
da diſcretione carere videtur, vt motibus ratio-
nis non regatur, ſed ſenſualitatis, ac propriæ vo-
luntatis ductibus gubernetur. Sed ſtultitia eo in
loco accipitur pro cæcitate intellectus, vt quidam
ſentiunt porro eo in loco de ijſdem diſcipulis lo-
cutus Lucas addidit dicens. Oculi enim eorum te
Galat. 3 nebantur, ne eum agnoſcerent. Nec mireris, quia
Paulus, iuxta hanc ſenſum vocauit fatuos Gala
tas ac inſenſatos. Idem enim important hæc no-
mina, videlicet, ſtultus, fatuus, inſipiens, ſtoli-
dus, inſanus, & inſenſatus, licet aliqua ratione di-
ſcrepent inter ſe. Non enim arbitramur Paulum
fuiſſe tranſgreſſorem legis Chriſti, quæ vetat &
prohibet, ne quiſpiam, fratrem ſuum appellet fa
tuum, ſed admodum illam omnino ſeruauit, dũ
huiuſmodi Galatas vocauit fatuos ac inſenſatos.
Erant æquidem, eo modo, quo expoſuimus. Nec
in priori ſententia ſimpliciter dictum eſt. Qui vo

eat fratrem ſuum fatuum, ſed additum eſt. Qui temere, vel ſine cauſa vocat. Multi enim graue & onerosum putant eſſe hoc mandatum, vt ſcilicet pro vno nudoque ſermone, tanta nobis pœna ſubeunda ſit, veluti Gehēna ignis. Vnde iſtud quidam voluerunt magis eſſe dictum exageratione, quam alia cauſa, Sed vereor inquit Chriſoſtomus, ne noſmetipſos his verbis omnino friuolis, vel potius infidelibus ſeducentes, ibi rebus ipſis ſupplicia æterna ſoluamus. Sed cur quæſo mandatum iſtud videtur oneroſum? An forte neſcis quia plurima pars culparum, aut pœnarum a ſermonibus ſumat exordium? Nam & blaſphemia per verba, & Dei negatio per verba, inde maledicta iniuriæ atque periuria, & falſa teſtimonia, & ipſa frequenter homicidia a verbis trahunt originem. Quapropter & ſi parum tibi videtur dicere fratri tuo fatue, Gehenna ignis videatur tibi magna. Si dicis peccata linguæ minuta ſunt, congere minuta & faciunt ingentem aceruum. Nam & grana minuta ſunt, & tamen faciunt maſſam & guttæ minutæ ſunt, & tamen implent flumina. Vulgo enim dicitur. Multa pauca faciunt unū ſatis. Nōne memineris quid de lingua locutus ſit Iacobus? ait enim. Lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus & inflāmat rotam natiuitatis, inflāmata a gehenna. Noli igitur aſpicere, quod vnus ſit ſermo, ſed quantum periculi habet expende. An ignoras & inimiciciarum tempore, ita animoque prorſus ardente, etiam minimum aliquid magnum videri? Tunc quippe & quod non valde iniurioſum eſt, nimis tamen putatur oneroſum. Nā & hęc ipſa paruula, & homicidia ſepe pepererunt, & vrbes crebro

Mat. 5

Mala q̄ ſequuntur ex verbis.

Iac. 3

magnas ſubruerunt. Nam & ſi ſimpliciter aliqua dicantur, De malo tamen animo prolata creduntur. Non ergo verborum tantummodo ſonum ſimpliciter audiamus, ſed in res ipſas ingredientes, & vim illam conuicij ponderantes, conſideremus quantum ſermo iſte operatur dolorem, atq; ad quantum malum ſepe perueniat Conuiciator enim bonum charitatis omnino corrũpit, & mille proximum inuoluit incomodis, ac iuges inimicicias frequenter operatur, & Chriſti membra diſcerpens, ampliſsimam Diaboli viam per conuicia parat, atq; ut in igne cum ſcintilla exigua eſt, etiam ſi plurimum lignorum admoueas, non ea facile comprehendit. Si vero ſatis in excelſum flã ma conſurgat, non iam ligna ſed & ſaxa ſibi vendicat, & per quæ extingui ſolet, per ea potius accenditur. Quæ omnia Chriſtus ante iam comprimens, eum quidem qui ſine cauſa iraſcitur iudicio condemnat hæc Chriſ. Ex præmiſsis itaque luculenter patet quare Chriſtus interdixerit ſuis fidelibus fatuum vocare fratrem, & quare econuerſo vocauit ſtultos apoſtolos Emaus oppidum contendentes.

Cõuicia tor quan tũ malũ faciat

Chriſ.

CONTRAPO. XII.

Hier. 3 *Salus a Domino Deo.*

Ioan. 4 *Salus ex Iudeis eſt.*

Si ſalutem a Domino Deo, et non aliunde euenire dixerat propheta, Cur Chriſtus, qui ſumma veritas dicitur in ſcripturis, locutus cum muliere Samaritana atteſtatus eſt, ſalutem ex iudeis eſſe? Quid enim boni prouenire poterat ex iudeis, qui per tot temporum curricula rebelles & increduli extiterant diuinis mandatis? Non enim

Deute. 9

in his quæ dicuntur expendendum eſt, quod di-
ctum aut ſcriptum ſit, ſed quis, quando, quibus,
et vbi loquatur, nam ſi iſtud contempſeris totum
ſenſum perdes, & nunquam cum fructu quicquã
leges. Quapropter & has conciliantes, quæ non
niſi cæcutientibus apparent contraria dicendum
placuit, quod aliter accipitur ſalus in priori, & ali
ter in ſequenti ſententia. A Deo enim tanquam
ab vnico fonte emanat, & fluit omnis ſalus ho-
minum, a quo & omne bonum procedit. Ipſe.n. Deus ſa
eſt ſola ſalus, non quia ipſe ſaluus fiat, ſed iccir- lus. nr̃a.
co ſalus dicitur, quia nobis dat, vt ſalui ſimus.
Nec tantum ſalus noſtra dicitur, ſed etiam ſalutis
via, ſine qua non acquiritur ſalus, quin potius er-
rat, & claudicat in itinere omnis viator & cadit
in tenebris. Eſt enim vera ſalus, quæ infirmitatem
vllam non timet, nec laſsitudinem formidat, do-
lorem non videt, nec ad illum febris appropin-
quat. Hæc autem ſalus, a ſanis duntaxat poſside-
tur, qui non obliuiſcuntur ſanitatem, quam qui
poſsident nullo indigent medico. Huc itaque ac-
cedant, vt curentur, qui in peccatis languentes ia-
cent infirmi. Ipſe enim ſolus eſt, qui huiuſmodi
ſic languentibus confert medelam. Hanc ſalutem
concupierat ille, qui forſan ſentiens ſe vlceratum
eſſe criminibus, ait conuerſus ad medicum. Sana Hier. 17
me domine, & ſanabor. Et iterum. Saluũ me fac
& ſaluus ero. Nec ſalus vlla perfecta eſſe poteſt,
in bona hominũ conuerſatione, nec in vnius om
nipotentis Dei cultu, ſine participatione huius cę
leſtis medici, qui ſolus ſanat omnes lãguores no-
ſtros, & curat omnes infirmitates. Iccirco regius
vates audacter dixit in p̃s. Dominus ſalus mea Pſal. 102
quem timebo? Ipſe enim (vt prætulimus) non

 ſolum

ſolum ſalus noſtra dicitur, ſed & vita, ſed & re-
ſurrectio noſtra, per quem non ſolum a peccatis
ſanamur, verumetiam ab inimicis omnibus libe
Ro. 3. ramur. Sequentis vero ſententiæ talem nouimus
eſſe ſenſum, vt ex iudeis ſalus eſſe dicatur, quia il
lis primum credita fuerunt eloquia Dei, ab illis
Salus ex iudeis qualiter orta. enim verus Dei cultus & ſalutis cognitio ortum
habuit, ab ipſis enim innoteſcere cepit mundo ve
ra fides, & poſt habenda idola gentium. Ex iu-
Io. 4 deis enim hoc eſt ex Abraam ſemine ſaluator no
ſter natus eſt, Ex iudeis fuerunt prophetæ & pa-
triarchę. Ex illis Apoſtoli, ex illis cętera bona om
nia, quæ ad nos poſtmodum peruenerunt. Ex qui
bus totus orbis participauit. Ipſi enim habebant
teſtimonia, legislationem, adoptionem, & pro-
miſsionem, vel ſecundum alium ſenſum explanã
tes hanc poſteriorem ſententiam dicamus, quod
iccirco ſalus ex iudeis proueniſſe dicitur, quia ex
illorum delicto, non ſolum ſalus contigit genti-
bus, verumetiam ipſorum delictum diuitiæ fue-
runt mundi, vt Paulus arcanorum referator ape-
ruit, dum Romanos alloqueretur. Hęc autem (vt
dialectice loquamur) contingit ꝑ accidens. Quip
Ro. 5. pe Iudeis reſpuentibus Euangelium Chriſti, ad
Act. 13 gentes tranſierunt Apoſtoli, vt inde totus orbis
particeps redderetur huius ſalutis. Ex quibus om-
nibus patet, qualiter ſalus a ſolo Deo fluxerit, &
qualiter ex iudeis prouenerit, Et ſic abſque vlla
controuerſia pacatę redduntur prænotatæ ſenten
tiæ initio adductæ.

CONTRAPO. XIII.

Pſal. 68 *COnſolantem me non inueni.*
Luc. 22 *Angelus apparuit conſolans eum.*

Si Chriſtus

Si Chriſtus dominus noſter poſitus in agonia conqueſtus eſt in p̄s dicēs,ſe non habuiſſe conſolantem,vt Lucas ex aduerſo atteſtatus eſt in ſuo Euangelio angelum Domini conſolatorem adueniſſe in illa hora, qua rogauerat patrem vt calix paſsionis a ſe tranſiret. Hinc luculenter apparet,quanta & quali triſtitia afficeretur creator,& dominus angelorum, ad quem de cœlis a patre miſſus eſt angelus, ut eum conſolando confortaretur,quamuis magis noſtra,quam ſua cauſa,diſpenſatione diuina,id actum fuiſſe credamus, ne, videlicet,dum nos in anguſtijs & periculis poſiti præmimur, animum deſponderemus, certi non defore nobis, ſi quidem pie viuere perſeueramus expectantes & poſtulantes auxilium ab illo,qui ſolus refugium & adiutor noſter dicitur in tribulationibus. Contemplare igitur benigne lector, ps.45 et contenplando compatere tuo redemptori, quē in tam accerbiſsima paſsione poſitum, ſic dereliquerunt oēs diſcipuli, vt vere conqueri poſſet & dicere, Neminem me conſolantem inueni. San ps.68 cti enim martyres, & ſi poſt eum innumera ſupplicia paſsi ſunt, habebant nihilominus aliqualem conſolationem,dum paterentur, tum charorum,tum aliorum, qui vna cum illis patiebantur eadem cauſa. Quibus & aliquando angelus domini affuerat, eos corroborans & confortans in vinculis & tormentis, ſed dominus noſter ſic ſolus remanſerat; fugientibus cunctis,vt nec amicum haberet,nec ſocium,qui eum vtcunque conſolaretur,quin potius, vt atteſtatur Euangeliſta; omnes diſcipuli eo relicto fugerunt. Et quãuis de Mat. 26 eius matre dilecta legatur, quod nunquam reliquerit eum, dum pateretur; quia tamen mulier

erat

erat & verecunda, tum quia ab omnibus deſpecta & deriſa, iccirco nullum poterat filio, tam dilecto, præſtare ſolamen, quinimo quam maxime augebatur cruciatus filii, & matris, filii inquam, dum contemplaretur matrem ſic triſtantem & dolentem, ac ſic deſpectam. Matris vero quia filio non poterat pręſtare ſolatium, quem ſic accerbiſsime pati agnoſcebat iniuſte. Quippe malorũ noſtrorum reperire conſortes, ſiue in factis, ſiue in dictis multum affert ſolatĳ lugentibus & patientibus, vti Gregorii vtar ſententia Sed dominus noſter neminem habuit, ad quem reſpiceret, eadem cum illo patientem. Nec obſtat, quia dum pateretur haberet ſecum duos latrones in cruce pendentes, vnum, videlicet, ad dexteram & alterum ad ſiniſtram, quia illi non eadem cauſa, ſed ſuis exigentibus facinoribus paſsi ſunt. De conſolatione enim amicorum Auguſtinus locutus ait: Si paupertas angit: Si luctus meſtificat: Si dolor cordis inquietat: Si ulla calamitas conturbat nos, aſsint boni amici, qui non ſolum gaudere, ſed etiam cum flentibus didicerũt. Et tunc aſpera leniuntur, aduerſa ſuperantur, & grauie releuãtur. Nam licet aliquando innumera patiantur mala, habemus tamen ſpectantem ad illum, qui pro nobis tot, & talia pati dignatus eſt, & tunc inde accipimus conſolationem, & leniuntur tormenta, quę patimur pro eius nomine. Nouimus enim eum dixiſſe, ſic pro eius cauſa triſtantibus & lugentibus. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Et infra, Beati qui perſecutionem patiũtur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Quibus præhabitis, conciliatæ redduntur prænotatæ ſententiæ initio adductæ, quarum

Grego.

Luc. 23

Auguſt.

Tormenta quando in nobis leniantur

Mat. 5

quarum prima ad hominem refferenda eſt, quorum nullum habuit conſolatorem, dum in illo acerrimo cruciatu (pro nobis aſſumpto) poſitus eſſet, altera vero prim; non contrariatur. Luc. 22.

CONTRAPO. XIIII.

N*Oli arguere deriſorem.* pro. 9.
Argue cum omni imperio. Tit. 2

Si Salomon de homine deriſore in prnuerbijs loquutus, prohibuerat, ne quiſpiam auderet cum arguere, cur Paulus de correctione delinquentis locutus excluſit neminem, ſed indifferenter mandat diſcipulo, vt omni timore poſthabito, increpet, et arguat, et hoc cum omni imperio quęcunque ſubditum peccantem agnouerit. Nec eſt dicendum, quod deriſor inter peccantes non ſit con numerandus, cum iugiter ſtudeat aliorum facta & dicta diſcutere & diſcere, vt ea poſtmodū poſſit repetere in opprobrium, & contumeliam cęterorum. Deriſoris officium. Huius cathedra, iuxta veritatem hebraicam, ſic interdicitur viro iuſto in primo pſalmo, vt non permittatur illi, in eam ſedere. Pſal. 1. Sic enim continet litera hebraica, eo in loco quo noſtra traductio porrigit. Hebraica litera Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Et in ſedile deriſorum non ſedit. Cur igitur tam facinoroſus ne arguatur mādatur a Salomone? qua lege, aut quo ſtatuto, intelligitur abſolutus, ne arguatur deriſor huiuſmodi, ſi ſic culpandus eſt (vt pręmiſimus)? pro. 9 Nonne deridere, illudere, ſubſanare & contemnere idem important? Huius enim officium (vt præfati ſumus) ſemper eſt vt cęteros ſpernat, contemnat, atq; derideat, & potiſsimum probos, & bonos viros, qui recto incedunt itinere, veluti exemplum habemus Officiū der.ſoris

de Thobia

Tho, 10 de Thobia de Iob languente, & de quibuſdam
Iob. 2 alijs, quos a proprijs vxoribus deriſos ac deluſos fuiſſe nouimus. Quapropter, ne rixæ aut contumeliæ quæ ab huiuſmodi deriſoribus oriri ſolent, protrahantur in longum, ab eodem ſapiente mandatur infra, vt omnino deriſor expellatur a bonorum conſortio, ne cæteros, huiuſmodi vitio corrumpat ſimileſque ſibi faciat. Ait enim ſapiens, paucis interpoſitis,
prou. 22 Ejce deriſorē, & exhi-
prou. 19 bit cum eo iurgium, ceſſabuntque rixæ & contumeliæ, ipſi enim iudicia accerba ſeruantur in alio ſæculo, dum eo in loco ſubinfertur, Parata ſunt deriſoribus iudicia. Icçirco, vt & has ſententias initio adductas reddamus concordes placuit dicere, quod ſapiens in ſua ſententia non prorſus eximit deriſorem a correctione præſidentis, cuius of-
Officiū ficium eſt corrigere & increpare quemcunque ſi-
prælati bi ſubditum delinquentem ac pacem turbantem & confundentem, quin potius conſuluit, ne quiſpiam alius a ſuperiore huiuſmodi, deriſorem auderet increpare, cauſam vero eo in loco ſubiungit dicens. Ne oderit te. Vel aliter dicas, hanc ex-
pro. 9 planando ſententiam, quod licet ſapiens prohibuerit arguere deriſorem, non ob hoc prohibet delinquentem corrigere. Dimittendus eſt ergo de-
Deriſor riſor, nec arguendus, niſi eo modo, quo ſupra de-
quando claraumus, duntaxat, videlicet, a ſuperiori &
corrigen prælato, cui incumbit peccantem arguere, quan-
dus eſt. quam huiuſmodi monere etiam liceat vnicuique
Tit. 2 fratri, iuxta Chriſti conſilium, dum, videlicet, emendationis fructus expectatur. Et ſic intelligenda eſt Pauli ſententia, qui alteri diſcipulo ſcribens, mandat ne deſiſtat a correctione, ſed delinquentem arguat, moneat, ac increpet in omni patientia

tientia & doctrina. Non enim his verbis deſfiniuit tempus, nec perſonam exemit, quamuis in correctione ſeruari mandauerit gradum & modum, dum de ſeniore locutus ait: Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem. Ex quibus omnibus patet, quod deriſor corripiendus eſt, dū delinquens eſt, vt in eius correctione ędificentur, qui forſan in culpa, ab illo commiſſa ſcandalizari fuerant. Nec a correctione prælatus debet deſiſtere, ob odium forſitan contra ſe incurrendum a delinquente, ſed vt ſuum exerceat officium, abſq; vllo timore mandauit Paulus, vt pſaltem cæteri hoc videntes, timorem incutiant. Quapropter & priori ſententiæ præmiſit dicens. Peccantem corā omnibus argue. Profecto, & ſi non delinquenti, pſaltem cæteris, beneficium præſtabis, & gregē ædificabis, ne ſcandalizatus remaneat impunito reo. Et ſic patet quid dicendum.

2.tim.4.
1.tim.5
vbi ſup.

CONTRAPO. XV.

Pauper fui David & in laboribus.
Diues fuit David & in deliciis.

p̄s 87
2.Reg 8

Si David iuſſu Domini, vt legimus, fuerat cōſtitutus rex ſuper omnem Iſraelem, & Dominiū obtinuerat a Dan vſque Berſabee, cur vocauit ſe pauperem & in laboribus conſtitutum? indigebat forſan tanquam inops & mendicus quotidianum ſibi quærere victum? Quid igitur pro harū conciliatione dicemus? Nonne vates in priori, vice ęccleſię locutus eſt, quæ in terris conſtituta inops & pauper dicitur, reſpectu diuitiarum in ſuperna patria expectandarum? dicitur autem in laboribus conſtituta, dum pręſſuris ac perſecutionibus nimijs, ſe vndique circundatam conſpicit

Eccleſia cur pauper modo dr̄.

quouſque

quouſque ad illam perueniat requiem ſine fine
poſsidendam. De qua Paulus Hebreos allocu-
Heb. 4 tus ait: Feſtinemus ingredi in illam requiem. Ex
eo.n.quod ipſa ęcclesia Deo ſeruire cepit, inops,
& pauper dicitur, ac in laboribus conſtituta. Erit
tamen poſtmodum diues in patria, Dum non am
plius eſurierit neque ſitierit, erit gaudens & leta-
bunda, dum non amplius dolebit de amiſsione
apoc. 21 charorum. De illa enim ſic letabūda locutus Ioã-
nes ait: Et abſterget Deus omnem lacrimam ab
oculis eorum, & iam non erit amplius neque
luctus, neque clamor, ſed nec vllus dolor. Et ſi in
litera prout ſonat permanere velimus, dicemus,
quod licet Dauid rex fuerit omnis Iſrael, ſederet-
que in regio ſolio, erat nihilominus ſic abiectus,
& vilis in conſpectu domini Dei ſui, vt non dedi
ps. 87. gnaretur dicere. Pauper ſum ego. Nouerat enim
Mar. 5 cum eſſet propheta domini, Chriſtum ex ſuo ſe-
mine naſciturum, dicturum huiuſmodi pauperi-
bus. Beati pauperes ſpiritu, quoniam veſtrum
Pauper quis dicatur. eſt regnum Dei. Sic enim pauper vere dicitur il-
le, qui quantumuis rebus diues fuerit, finem ta-
men ponit cupiditati. Pauperem inquam dico,
qui non in ſacculo, ſed in animo pauper eſt. Quid
enim ditius hac paupertate eſſe poteſt? Quid hac
virtute pauperius? teſtimonium enim virtutis,
Pauptas quam diues ſit. profeſsio eſt paupertatis. Hac ſic diues fuerat pa-
ter meus Frãciſcus, vt de illo dicatur. Nemo tam
auri, quam iſte cupidus paupertatis. Quapropter
ſancta mater ęcclesia canit de illo dicens. Pro pau
pertatis copia regnat diues in patria. De his enim
pauperibus, ſic animo, nihil habentibus locutus
2. cor. 5 Apoſtolus cum Corinth. ait: Nihil habentes &
omnia poſsidentes. O igitur quam fœlix eſt chri
ſtianorum

ſtianorum progenies, quibus peculiariter datum eſt, vt hac paupertate diuites, regnum cœlorum adipiſcantur, Dum enim diuinæ militiæ aſcribuntur mundo abrenuntiant, & pompis eius, vt diuites poſtmodum conſtituantur in cœlis. Lazarus ęnim, quia in tęrris poſitus, pauper, & inops fuerat rebus, iccirco in ſinum Abraæ ab angelis portatus eſt. Et gerit typum ęcclesiæ Dei, quę ſemper confiteri debet, adiutorio ſibi opus eſſe. Nec obſtat, vt quis ſit locuplex rebus, ſufficit enim ſibi, vt animo pauper ſit. Nam diuitem eſſe rebus materiam præbet miſericordiæ, apud bonos & probos animos. Eſt enim commendandus diues ſic humilis, diues ſic pauper. De talibus enim Paulus allocutus diſcipulum ait: Pręcipe diuitibus huius ſęculi, non ſuperbe ſapere, ſed ſic poſsideāt tales diuitias, vt in illis diſcant, & ſtudeant humiles eſſe. Non igitur interdicitur in ſcripturis quēpiam diuitem eſſe rebus, ſed cor ad animum illis apponere. Et ideo optimum documentum præbuerat ille, qui hos diuites allocutus, ait: Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere. Et ſic ex iam præhabitis luculenter apparet, ꝙ licet Dauid, dum ſederet in regio ſolio, extiterit diues rebus huius ſęculi, fuit tamen ſic humilis, & abiectus animo coram domino, vt non incongrue inter inopes, & pauperes connumerari liceat, ita fidelis inuentus, in donatiuum ſibi commiſſum a domino, vt fides in eo magis fulxerit, & ſplenduerit, quam diadema regium. Aurum enim latebris tenebreſcere ſolet, fides vero ingenito ſplendore ęmicare dicitur. Aurum tuto prodi non poteſt, fides bono publico ſemper fulget. Aurum nec inter conuenientes tutum eſt, fides vero, ętiam inter pugnantes

1.tim.6.

Pſal.61.

ſecuta eſt. Vel allegoricũ ſenſum ſecuti dicamus,
Mar.1. priorem non incongrue intelligendã eſſe de Chriſto Domino, qui natus de matre virgine, ſic pauper inuentus eſt, vt nil poſsideret in mũdo. Quapropter ſua paupertate palam faciens ait: Filius
Luc.2 hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet. Pauper enim fuit naſcendo, quia in communi diuerſorio, non erat ei locus, vt atteſtatur Lucas, pauper viuendo, quia nutritus ex laboribus putatiui
Chriſti paupertas. patris, non habentis domum, nec agrum. Pauper moriendo quia nudus in cruce iacuit. Pauper adhuc poſt mortem, quia de cruce depoſitus loca-
Mat.6 tus eſt in ſepulcro alieno. Sic autẽ pauperem eſſe voluit, vt nobis præberet exemplum theſaurizãdi in cœlis, & non in terris. De illo enim locutus
2. cor. 8 Paulus ſcribens Corin. ait: Quoniam propter nos egenus factus eſt, cũ eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis. Et ſic conciliantur prænotatæ ſententiæ.

CONTRAPO. XVI.

apoc. 15 *Deus ſolus pius dicitur,*
2.petr. 2 *Pii dicuntur etiam aliqui homines.*

Si ſolus Deus, Ioanne teſte, pius dicitur, cur Petrus aliquos homines vocauit pios? Dixit enim, dum de aliquibus loqueretur. Nouit Deus pios de temptatione eripere, profectò ſi Deus nouit pios eripere, non erit ipſe Deus ſolus pius, vt in priori ſentit Ioannes. Has igitur, quæ perfunctorie duntaxat contrariari videntur conciliare curantes dicimus, quod Deus per Anthonomaſiam quandam, (vt ita dicam) pius dicitur in ſcri-
De quo pius dicatur pturis, a quo omnis pietas deſcendit emanat & fluit. Hæ enim qualitates perfectionum, prout cõ-

tinentur

tinentur in Deo, in ſummo & in abſtracto intelligendæ ſunt, tanquam in fonte quoddam, a quo homines hauriunt, quicquid pietatis in ſe habent, prout vnicuique impartiuit Deus. Profecto ſicut Deus nullum habet parem in diuinitate, nullum æqualem in maieſtate, nullum ſocium in bonitate, ita nullum ſibi ſimilem habet in pietate. Excedit enim in tantum omne quod eſt in creaturis, vt nihil ad eius perfectionem valeat attingere. Et ideo ſic ſolus extat & permanet pius, vt nullus angelorum neque hominũ, faſtigium huius ſuæ tantæ pietatis attingat, nec cogitare valeat, cum ſit infinita & incomprehẽſibilis ab intellectu creato. Hæc enim virtus inter alias, quæ vt prætulimus, in ſummo reperiuntur in Deo, eſt ſibi propriſsima. Hac potiſsimum veſte indutus verbum venit ad nos, vt norunt Cabaliſtæ fideles, iccirco tam benignus tam clemens viſus eſt, Eſt enim Deus in huiuſmodi pietatis eminentia conſtitutus ſicut fœnix, quæ eſt auis ſola & vnica in natura, Sic ſolus Deus dicitur pius, quia ſolus in ſe habet pietatis plenitudinem, ſine cuius participatione, nihil pium reperiri poteſt in creaturis. Quis enim quæſo piũ ſe dicere auderet, niſi ille, qui natura pius eſt, pios facere dignaretur, cũ omnes filij maledictionis & iræ ex vtero matris naſcantur & impij? Quapropter & ſi interdum pij dicantur aliqui hominum, inde ſuſcipiunt, inde hauriunt, a quo omnis pietas emanat & fluit. Quippe ſi ipſe Deus, ob ſuam nimiam pietatem pios non faceret, quis impius nõ remaneret? quis ſaluus fieri poſſet ex omnibus impijs? quis cœlum ingrederetur? Ipſi enim ſoli conuenit ex impio pium facere, ex peccatore iuſtum reddere. Si-

Cabaliſtæ.

Epheſ. 2

prou.12 bi enim ſoli dictum eſt. Verte impios & non erunt. Quid autem eſt, non erunt? niſi quia impietate ab illis ablata, non erunt amplius in impietatis culpa, ait quidam. Hoc autem donum illius ſolius eſt, qui cœlos ſcendens poſt ſuam reſurrectionẽ, vnicuique tribuit, prout ſibi viſum fuit.

Epheſ.4 Non ergo habet homo, ex ſe vnde glorietur, ſi pius interdum inuenitur, ſed gloria illi refferenda eſt, qui hoc donum ſibi concedere dignatus eſt.

Auguſt. De his enī pijs hominibus Auguſtinus locutus; ait: Nunquam recordor me legiſſe, mala morte perijſſe illum, qui libenter in hac vita opera pietatis voluit exercere. Habet enim multos interceſſores. Quid enim, de his pijs hominibus dicere poterimus, niſi id, quod frequenter in ſcripturis legimus. Opera enim illorum ſequuntur illos? Hęc

apoc.14

1.tim.4 enim pietatis virtus ſic commendatur a Paulo, vt de illa locutus, diceret. Pietas autem ad omnia

Auguſt. valet. Sed & gradus huiuſmodi virtutis Auguſtinus enumerans, ait: Pietatis autem gradus primus eſt humilitas, & in bono perſeuerare. Secundus vero ieiunare, ac eleemoſynas facere, Tertius autem charitatem ſectari, & patientiam habere. Quartus eſt omnia derelinquere propter amorem Chriſti. Sed & quintus eſt vitia dimittere. Hi enim gradus ſic hanc virtutem ornant, & muniunt, vt eam in ſe habentem dignum Deo faciant. Epilogantes itaque, quæ ſupra memorauimus dicamus ad priorem ſententiam, quod ſicuti per eminentiam quandam (vti præfati ſumus) Deus ſolus dicitnr iuſtus, a quo omnis iuſtitia, ueluti a fonte deſcendit, ſic ſolus omnipotens, ſic ſo

Deus ſolus iuſt'. lus præſtans, ita ſolus pius dicitur. Cæteri vero, & ſi qui inueniuntur pij, ex eius plenitudine ſuſcipiunt

piunt. Et id eſt quod intendebat apoſtolus, dum de virtutibus nobis ab illo collatis locutus, ait: Ex plenitudine eius omnes accepimus. Biberat enim dum deſcendit ad nos ex illo diuinitatis torrente, vt & nos poſtmodum participes redderet ex ſua ſuſcepta abundantia. Hoc enim figurauerat regius vates, dum ad illum conuerſus, ait. Et torrente voluptatis tuæ potabis eos, fideles ſupple, qui in illo credituri erant. Et ſic præmiſsis intellectis, conciliatæ redduntur ſententiæ initio adductæ. apoſtol'. Ps. 35

CONTRAPO. XVII.

Ite maledicti in ignem æternum. Mat 25.
Deus vult omnes homines ſaluos fieri. 1.tim.2.

Si quoſdam male ſe habentes in mundo, vna cum declinātibus in mandatorum obligationes, Chriſtus dominus, dum in ſede ſuæ maieſtatis ſederit miſſurus eſt in ſtagnum ignis in die finali, vt ibi perpetuo luant pœnas, Quomodo erit vera Pauli ſententia, qua dicitur. Deus vult omnes homines ſaluos fieri? Nonne ſi ipſe vult, omnino ſaluabuntur? An forſan Paulus Chriſti ſententiam ignorauit, dum ſuam protulit? Nonne ore eius Chriſtus loquebatur? Cur ergo præceptori contrarium ſe offert in ſenſu? Quapropter licet hanc Pauli ſententiam ſatis abunde explanauerimus ſupra dicentes, quod SALVARE multipliciter accipi poterat, videlicet, pro protegere, pro liberare, pro conſeruare, & cętera huiuſmodi, nihilominus, quia modo quædam alia ad ſolutionem harum ſententiarum occurrunt dicenda non amplius poſita, icciro, vt & has concordes reddamus, arbitramur dicendum, quod licet Saluare multipliciter dicitur.

ſaluare pertineat, ad quemcunque pium, qui hoc velit, & potentem qui hoc poſsit, potiſsimum tamen competit Deo, qui natura pijſsimus & potentiſsimus eſt. Ipſe enim per ſe ſolus poteſt ſaluare, protegere, & liberare omnes ſperantes in ſe, quoniam ipſe ſolus eſt ſalus, & vita noſtra, per quem ſaluamur & liberamur a mundo, a carne, & Sathana. Ipſe enim ſolus ſaluat nos temporaliter a miſerijs mundialibus, ſaluat ſpiritaliter a nequitijs cordialibus, ſaluatque a ſupplicijs ęternalibus. Sunt enim ſi diligenter aduertimus, tria tremenda ac expaueſcenda pericula, a quibus neceſſarium eſt nos eripi, ſi in ęterna patria, cum ſanctis perenniter ſociari cupimus, videlicet, mũdi miſeriæ, cordis nequitiæ, & inferni moleſtiæ, A primo horũ periculo erepti fuerant illi, de quibus regius vates locutus in p̃s ait: clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de omnibus tribulationibus eorum liberauit eos, Sed de ſequenti periculo, & de eius liberatore locutus in alio p̃s ait: Iuxta eſt dominus his qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit. Sed de ſupplicij ęternalis periculo locutus alibi ait, ad Deũ conuerſus. Salua me domine ex ore Leonis. Saluat vero nos Deus, non quia digni ſimus, ſed ob ſuam innatam clementiam, Saluat inquam multipliciter, videlicet, interius, exterius, inferius, & ſuperius. Saluat interius, dum ſuo lumine mentem noſtram illuminat, & oſtendit quid agere debeamus. Saluat exterius, dum nobiſcum bellum ingreditur, & contra hoſtes pugnat. Saluat inferius, dum nos ab inferis peccatorum liberat. Saluat ſuperius, dum nos poſt hanc vitam conducit ſecum, & locat in cœlis. Vides itaque, quomodo vndique

Deus ſaluat nos multipliciter.

p̃s. 106.

p̃s. 33

p̃s. 21

vndique nos ſaluat & cautos facit, ne tanquam cęcutientes ruamus in præceps. Hoc autem occulte interdum facit, dum lumine ſuæ gratiæ, cōſcientiæ noſtræ domum ingrediens, ſuo ſplendore illuminat, vt noſipſos clare conſpicientes, mundemus & expurgemus in nobis, quod nubilum & tenebroſum erat, ne ſeuerius ab illo iudicati, cum hoc mundo damnemur. Hanc autem primam ſalutem eſſe iudicamus, quam introducit Deus in homine, liberatio, videlicet, a peccatis, ſed hoc ſine nobis non facit. ait enim ore prophetico. Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos. Hanc autem liberationem a peccatis, reſurrectionem primam nuncupauit Ambroſius dum ait: Hæc enim eſt prima reſurrectio, peccatorum euaſiſſe tenebras, lumenque poſsidere iuſtitiæ. Tantæ.n. bonitatis videtur eſſe Deus, vt ſemper ſit paratus adiuuare nos, liberare, & ſaluare, dummodo lumini ſuæ gratiæ cor noſtrum ingredienti, non ponamus obicem. Prout illi inſipienter fecerant, qui dolentes de commiſſo errore, ſeipſos accuſabant dicentes. Errauimus a via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ nō eſt ortus nobis. De talibus enim ipſe dominus cōqueſtus ait: Vocaui & renuiſtis. Vocat enim nos Deus, & ad oſtium cordis noſtri pulſat, dum lumen ſuum ſuper nos expandit, ſed nos, tanquā ſegnes, illud recipere negligimus, dum vocanti, ianuam cordis noſtri claudimus. Quapropter, hi quos ipſe perpetuo cruciandos reſeruat in finali iudicio, Sibiipſis imputent, & non Deo, qui & hos ſaluare ꝓpoſuerat, veluti & illos qui in eius dextera collocandos ſeruat. Et ſic patet harum ſententiarum concordia.

1. cor. 11
Ioel. 2.
Ambro.
Sap. 5.
pro. 1
Mat. 25.

CONTRAPO. XVIII.

Eccle. 1.cor.8 I *Eſus ſolus Dominus.*
Domini multi ſunt.

Si IESVS Dei filius ſolus eſt dominus, vt in cãtico angelico canit Eccleſia, cur tot in locis ſcripturæ, de quam plurimis dominis fit clara mentio, & potiſsimum apud Paulum, qui dominos in ſuis Epiſtolis totiens commemorat, & cõmendat? Huic igitur, quæ non niſi cęcutientibus contrariari videtur, placuit dicere, quod ſolus Ieſus verus eſt dominus, illimitatum, & ſuper omnia habens dominium. De illo enim locutus ſanctus propheta, ait in ps. Et dominabitur a mari vſque ad mare, & a flumine vſque ad terminos orbis terrarum. Et alibi. Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuerſi qui habitant in eo. Eſt enim tota terra ſcabellum pedum eius, vt alius dixit. Paulus vero huic ſenſum ſecutus, ait, ſcribens Romanis. Nam idem dominus omniũ. Sed & Ioannes, dum de dominio eius loqueretur, vocauit eum non ſolum regem regum, ſed & dominum dominantium. Hoc autem, non ſolum ſibi conuenit, quia filius Dei eſt, & patri per omnia ęqualis, ſed & in tempore poſt ſuam reſurrectionem hoc accepit dominium, dum a patre collata ſibi fuit omnis poteſtas in cœlo, & in tęrra. Ipſe enim ſic vere dominus dicitur, vt non indigeat ſeruitute noſtra, ſic iuſtus, vt noſtra iuſtitia non egeat, Sic ſanctus, vt noſtra ſanctitudine nõ indigeat, licet nos illo indigeamus cõtinuo. Nam tu quiſquis es non valde dominus ſerui tui diceris, quia ambo homines, ambo mortales, ambo indigetis Deo. Si autem putas egere tui ſeruum tuum,

Ieſus ſolus dicitur verus domin'. Pſal.71. Pſal.23. Eſa.66 Ro.10. apoc.19. Ioan.10 Mat.28.

tuum, vt des ei panem, eges, & tu ſerui tui, vt adiuuet labores tuos. Vterque enim veſtrum altero veſtrum indigetis. Sunt enim hi termini, videlicet, dominus, & ſeruus relatiua diſquiperantiæ, vt Dialecticę loquar, Iccirco nullus noſtrum vere dicitur dominus, cum alterius alter, omnes vero Deo indigeamus. Audi igitur verum dominum, cuius tu vna cum cęteris omnibus ſerui eſtis. Dixi domino Deus meus es tu. Quare tu dominus? quoniam bonorum meorū non eges. Non enim noſtra ſeruitute indiget, qui omniū dominus eſt, cui tot angelorum legiones indeſinenter ſeruiūt, nos vero dominatione eius indigemus, vt operetur in nobis, & nos cuſtodiat. Non enim illi ſeruimus ad ſuam, ſed ad noſtram vtilitatem & ſalutem. Vtique ſi ipſe nobis indigeret, eo ipſo ſeruiret. Ille enim ſolus dominus ſuarum rerum eſt, qui non eſt irretitus cupiditate. Qui enim cupiditate tenetur poſſeſſus eſt, nō verus poſſeſſor. Caueant igitur ſibijpſis domini temporales, ne cupiditate dominandi imperent, ſed officio conſulendi, non principiandi ſuperbia, ſed prouidendi beneficio, Melior eſt enī, & ſtatus ſecurior eius, qui famulatur homini, quam qui ſuæ ſeruit cupiditati. Profecto quid aliud eſt ſic dominari, quam propria poteſtate gaudere. Nomē enim ſeruitutis nō natura, ſe culpa genuit. Primus enim homo, iccirco ſeruituti deputatus eſt, quia ſuper ſe dominiū habere renuit. Tria enim ſumme neceſſaria dominari volenti poſuit Auguſtinus, terrorem, videlicet, ordinationem, & amorem. Niſi enim ametur a ſubditis, qui dominatur, ordinatio illius minime ſtare poterit. Per beneficium enim, & affabilitatem procuret, vt diligenter is, qui in alijs do

relatiua

ps. 15

Verus poſſeſſor ſuarū rerū quis.

Dominari qd ſit.

Auguſt.

Si Gregorio teſte,notitiam quam habemus de homine,habemus per eius faciem Ait enim vnuſquiſque per faciem cognoſcitur,cur in altera pręmittitur Petrum innotuiſſe miniſtris Pilati per ſuam loquelam? Hanc autem, quæ licet tam friuola & leuis appareat,vt nulla reſpõſione digna videatur, nihilominus ne ſimplicium mentem ſuſpenſam relinquamus,& ipſam conciliare decreuimus, præmittentes primum quid ſit facies, & vnde facies deriuetur. Facies enim eſt illud membrum, quod primo & principaliter oſtenditur alijs. Nemo enim ab alio ad plenum cognoſcitur, niſi per faciem videatur. Per faciem enim non ſolum innoteſcit nobis,qualis ſit homo,verũetiam paſsionum accidentalium, videlicet, iræ, gaudij, ac meſticię notitia habetur per faciem.Sunt enim hæ paſsiones ſubiectiue in facie hominis, tanquã accidens in ſuo ſubiecto, oſtendentes ipſum aliqualiter alteratum. Dicitur autem facies, Iſidoro teſte, ab effigie, quia in ipſa eſt certa figura hominis,& plena eius cognitio,hæc illæ, Dicitur quoque facies alio vocabulo vultus, quia voluntatis teſtis eſt, quoniam voluntas interior,ſiue triſtis fuerit, ſiue leta, per vultum & per faciem denotatur. Et forſan hunc ſenſum ſecutus eſt pręnotatus pontifex dum ait: Per faciem vnuſquiſque cognoſcitur, qualis, videlicet, ſit in ſubſtantia, qualiſue ſit interius, triſtis ſcilicet, an letus. Scire autem operepretium duximus, quod ſicut duplex eſt homo, interior, videlicet, & exterior,ita duplex eſt eius cognitio, videlicet, Dei & hominis. Homo enim qualis interius ſit, a Deo plene cognoſcitur, ipſe enim intimius nobis eſt, quam noſipſi nobiſmetipſis, nouit enĩ ipſe hominem, qualis

Facies quid.

Facies vnde deriuetur.

Grego.

qualis ſit per faciem conſcientię cum ſit ſcrutator
Homo qualiter cogno- ſcatur.
cordium. Homo vero ab alio cognoſcitur homi-
ne per faciem apparentiæ, ſed & hoc diuerſimo-
do, cognoſcitur enim a pauperibus per faciẽ ami
citię, a peccatoribus per faciem iuſtitię, ab amicis
per faciem dilectionis, econtrario autem ab inimi
cis, vt puta per odium, & maleuolentiam. Qua-
Facies conſcien tiæ.
propter illa conſcientię facies, debet eſſe mundiſsi
ma, vt Deus non dedignetur in illam reſpicere, et
ideo illam frequenter lauare iubemur, dicente Sal
Mat. 6.
uatore, Faciem tuam laua. Facies vero apparen-
tię, quę exterior eſt, debet eſſe honeſtiſsima, vt nõ
abhorreat in ſe intuentibus. veluti faciunt facies
mulierum huius noſtrę inſęlicis tempeſtatis, ſe cu
rioſe fucantium liquoribus varijs, vt appareant.
Debet quoque hæc facies eſſe fideliſsima, quam
& in tempore neceſsitatis hilarem debemus oſtẽ
dere egentibus, prout inſtruimur ab illo, qui filiũ
Tob. 4
edocens, ait: Non auertas faciem tuam ab vllo
paupere. Cuius contrarium hodie faciunt multi,
qui dorſum oſtendũt, & nõ faciẽ pauperibus elee
moſynã petẽtibus. His .n. minatur ſermo diuinus,
Pro. 21
qui dicit. Qui obturat faciem ſuam ad clamorem
pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur. Fa
cies vero iuſtitię, quam pariter ſupra memoraui-
mus, debet eſſe ſeueriſsima, quia per triſtitiam
Prçlati quas fa- cies ha- bere de- bent.
vultus corrigitur animus delinquentis. Hanc igi-
tur quadruplicem faciem debent habere viri per-
fecti, & potiſsimum prælati, vt de quodlibet eo-
rum illud Ezechielis verificetur, quo dicitur, qua-
tuor facies vni, & quatuor pennæ vni. Debent
enim habere mundam conſcientiam, qua cogno-
ſcantur a Deo, qua carentes quomodo poſſent
prodeſſe alijs? Scriptum eſt enim qui ſibi nequã
eſt,

eſt, cui bonus erit? Non minus habere debent honeſtam faciem, vt ab aliis videantur, & commendentur, tanquam viri probi & morigerati. Et forſan iuxta hunc ſenſum, locutus eſt Saluator, dum ait: Luceat lux veſtra coram hominibus. Mat. 5 Debent quoque habere faciem amicitiæ, erga ſubditos, per quam ab omnibus diligantur. Seuerã itaq; faciem interdum habere debent, per quam a male agentibus timeantur. Nec illam interiorem faciem vnquam habere poterunt, niſi caſte, & nitide vixerint in conſpectu ſubditorum ſuorum. Profecto ſicuti facies exterior, vt placeat ſe intuentibus debet ſplendere, & luceſcere per bonam conuerſationem & honeſtatem, ſic facies conſcientiæ, debet reſplendere, ſicut Sol per innocentiæ puritatem. Et iterum, ſicut facies apparentiæ eſt ornata ſenſibus, nudata capillis, & nitide conſeruata, ſic iſta interior, ideſt conſcientia, multo fortius, vt Deo & angelis non diſpliceat, debet eſſe ornata ſenſibus prudentiæ, & diſcretionis. Quibus præhabitis ſententias initio adductas ſic concordare intendimus, vt dicamus, quod ſanctus ille Gregorius, dum ſua ſententia atteſtatus eſt vnumquemque per faciem cognoſci, non ob hoc excluſit quin aliunde interdum cognoſcatur homo. Cognouit enim Iſaach filium ſuum Iaacob per vocem, dum ait: Vox quidem, vox Iaacob eſt. Cognouit Saul Dauid per vocem, dum audito eo, & non viſo, ait: Nunquid vox tua hæc, fili mi Dauid? Cognouit Thobias ſenior balantem per vocem, dum ait. Videte ne forte furtiuus ſit. Et ſic de quampluribus poſſemus exempla adducere,

Facies conſcientię.

Grego.

Gen. 27

1. reg. 24

Thob. 2

çere, qui ab alijs per vocem fuerunt cogniti, licet illa cognitio, quæ habetur per faciem certior & verior extimanda ſit, quam illa quæ per vocem vel alio quouis modo porrigitur. Quia hæc interdum fingi poteſt, vtputa ab hiſtrionibus, ſed non illa quæ habetur per faciem, licet & hæç aliquando fallet aſpicientem, vtputa in habentem conſimilem faciem. Petrus vero, qui miniſtris Pręſidis Pilati innotuerat, non innotuit
Mat. 25. quia Petrus eſſet, ſed quia in loquela accentus habebat Galileę linguę, veluti agnoſçere conſueuimus tuſchum ſeu Bergomenſem, dum eum loquentem audimus. Et ſic conciliatæ redduntur prænotatæ ſententiæ.

CONTRAPO. XX.

Mat. 1 *Chriſtus ex peccatoribus natus eſt.*
Heb. 7 *Chriſtus ſegregatus a peccatoribus.*

Quomodo a peccatoribus ſegregatus dicitur ille, qui in ſua genealogia quaſdam mulieres peccatrices continet, videlicet Ruth moabitē, Raab, & Berſabee Vriæ Ethei vxorem, quas ſcriptura valde reprehendit. Sed ſciendum nobis eſt ꝙ ſermo diuinus non pugnat licet eum pugnare credamus noſtro iudicio, vtputa carnali, quandoquidem ipſi nobiſipſis minime conſtemus, & ſemper caro aduerſus ſpiritum pugnat, & econuerſo, ſpiritus aduerſus carnem. Spiritualibus vero, luminoſos, habentibus oculos ſcriptura non pugnat, ſed lucida, concors, ac ſimplex ſemper eſt, modo adſit æquus ac ſanus lector, qui cum iudi-
Chriſt' ſine peccato. cio legat vniuerſa. Sic enim credimus ſaluatorem noſtrum ex peccatoribus fuiſſe natum, vt non

fuerit

fuerit cum illis particeps in aliquo peccato, quibus diſsimilis fuit, non ſolum naſcendo, ſed viuendo, & moriendo. Alĳ enim homines cum peccato concipiuntur, cum peccato ex vtero matris naſcuntur, cum peccato conuerſantur in mũdo, ac cum peccato, vt in pluribus, ex hoc mundo ad alium tranſeunt, veniali ſaltem, Hic autem, ſine peccato conceptus, quia per operationem ſpiritus ſancti, abſque virili ſemine, ſine peccato natus, quia per clauſam portam, ſine peccato vixit in mundo, iuxta illud. Qui peccatum nõ fecit, ſine peccato ex hoc mundo migrauit ad patrem. Solus enim inter omnes, ſine carnis concupiſcentia conceptus, ſeorſum formatus, ex puris illis ſanguinibus intemeratę matris, quę ſola inter cęteras mulieres, ſine peccato concepta eſt, ſeorſum reſeruata in illa primaria congerie prothoparentis Adæ. Natus itaque eſt Chriſtus, ex illa ſecundum carnem, vt tu ex illo poſtmodum naſcereris ſecundum ſpiritum, natus ex muliere, vt tu deſineres filium eſſe mulieris. Paulus autem in ſua ſententia ſecundum alium intellectum locutus eſt; poſtquam enim prætulerat de ſacerdotibus antiquæ legis, addens quod morte prohiberentur, ne ęterno fungerẽtur ſacrificio ſtatim ſubintulit dicens. Hic autem, ſuple Chriſtus, eo quod in ęternum maneat, ſempiternum habet ſacerdotium, & quibuſdam paucis interpoſitis, conditiones huius ſummi ſacerdotis ſubiungens, addidit dicens. Talis enim decebat, vt nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus a peccatoribus. Hoc eſt a grege cęterorum ſacerdotum, ipſum præcedentium, inter quos nullus fuit ſine peccato repertus. Aliter non fuiſſet idoneus

1. petr. 2

Chriſt' cur natus ex virgine.

Heb. 7

neus prætator ad interpellandum pro alijs, ſi ipſe in peccatis fuiſſet. Et ſic ex prædictis patet qualiter intelligendum ſit, Chriſtum ex peccatoribus fuiſſe natum, & qualiter a peccatoribus ſegregatum.

CONTRAPO. XXI.

Mar. 6 *CHriſtus non poterat virtutes facere in patria ſua.*
ibidem. *Quodquod tangebant eum ſalui fiebant dicitur ibidem.*

Si quodquod tangebant Chriſtum ſalui fiebant, vt Marcus atteſtatus eſt, cur idem Euangeliſta, eo in loco præmiſerat oppoſitum, aſſerens eum nullam virtutem poſſe facere in patria ſua? Vnde ergo orta fuit illi hæc impotentia? Nonne de ſua magna potentia alius Euangeliſta locutus ait: Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Vates quoque regius in p̃s locutus ait: Magnus dominus & magna virtus eius. Cur ergo hæc ſua omnipotentia & ſua magna virtus ſic in patria reſtringitur, ac modificatur, vt nulla ſit? Hæc enim ſi bene aduertimus ſic conturbant, & confundunt mentem noſtram, vt conciliationi harum duarum ſententiarum non dimittant locum, ſed ſi aciem noſtri intellectus, lumine fidei illuſtrati, velimus erigere, facile conciliabuntur omnia. Dicamus ergo, quod licet Chriſtus, qui ſolo verbo, vna cum patre creauit omnia, potuerit, ſi ſibi placuiſſet, hanc ſuam virtutem illimitatam extendere in patria ſua, curando infirmos, et ſanando oppreſſos a Sathana, non minus quam in cęteris locis, noluit tamen, niſi concurrentibus ipſorum voluntatibus, quamuis in huiuſmodi ſententia bonum eſſet conſulere textum grecum. Sed ſtante litera, dicamus, quod Deus ſic ſtatuit, ac firmauit

Luc. 6. Ps. 146. Mar. 6 Act. 16.

ac firmauit decretum ſuum, vt nullum ſaluum facere uelit, niſi ſaluum fieri volentem. Inquit enim Chriſo. Deus volentem adiuuat. Quem ſenſum ſecutus eſt Auguſtinus, dum ait: Qui ſecit te ſine te, non ſaluabit te, ſine te. Voluntatem igitur requirit Deus a nobis in bono opere, quia ſola voluntas remunerari dicitur ex bono, vel condēnari, ex malo. Hanc enim ſolam coronat Deus, aut punit. Quapropter incredulitati inhabitantium ſuam patriam imputandum arbitramur, ſi ſua magna virtus locum non habuit in ipſis. Ipſe enim Chriſtus, quantum in ſe erat, poterat & illis opem ferre, veluti & cęteris, ſed renuerunt ponentes obicem, & dicentes. Nonne hic eſt filius fabri, vt eo in loco ſubinſertur? De quorum etiam numero extiterant illi, quos ipſe Chriſtus increpans accuſabat, dicens: Quotiens volui cōgregare filios tuos & noluiſti? Vides quomodo & hos Iſraelitas quantum in ſe erat, congregare diſpoſuerat, ſed renuerunt recipere lumen iuſtitię, vt ſic illuminati, in ſe crederent. Ex qua ſententia colligitur, liberum arbitrium homini ineſſe ad vtrumlibet, videlicet, ad bonum & ad malum, licet primum perficere nequeat ſine Deo (vt alias pręfati ſumus.) Confundantur itaque & reuereātur, qui temere contendunt liberum non eſſe hominem in ſuis actibus. Hi enim niſi liberi fuiſſent, proculdubio diuina voluntas habuiſſet in illis locum, vt congregaret illos. Verum hanc libertatem arbitrij ſui, ob hoc Deus permiſit homini, vt pure, & ſine peccato viuentes ſimiles Deo fierent (vti Pithagorici Sixti ſententia eſt.) Aliter nihil operari oportuerat, neque diligentiā vllam ad fœlicitatem habere, ſi ad Deum ſolum

Criſo. Auguſt.

Sola volūtas coronatur.

Mat. 6.

Mat. 23.

Liberi arbitrii facultas.

Libertas cur permiſſa homini.

ſpectato . nos a malis ſaluos eſſe,& virtutibus impleri,nihil a nobis ipſis conferentes.Concilian tes igitur quę ſupra memorauimus concludimus dicentes, has ſententias initio adductas minime contrariari. Stat enim ꝙ virtus Chriſti, vbiq; & omni tempore,quo nobiſcum viator fuit,valida fortis & potens eſſet in operando, noluit tamen eam exercere,niſi in his & ſuper his,qui in ſe crediderant. Sic enim decreuerat. Propterea Emor-
Mar.9. roiſſæ dixerat. Fides tua, te ſaluam fecit.Et mu-
Mat. 15 lieri Cananeæ. Fiat tibi ſicut petiſti. Sic enim fidem in hominem habitā commendauerat Chriſtus, vt diceret. Omnia ſunt poſsibilia credenti.
Heb. 11 Sine qua, vt Paulus atteſtatus eſt, impoſsibile eſt placere Deo. Et ſic pacatæ redduntur ſententiæ,

CONTRAPO. XXII.

Mar.9. *Quidam de turba refertur fuiſſe credulum.*
ibidem. *Ipſe idem fuiſſe incredulum ſubinfertur.*

Si Marcus vna cum Matteo & Luca atteſtati ſunt quendam hominem de turba acceſsiſſe ad Ieſum,tanquam credulum, rogitans vt filiū eius demoniacum ſanare dignaretur, cur eo in loco, nulla verborum interpolatione facta,huic ſenten tiæ ſubinſertur, eundem ſupplicantem fuiſſe incredulum? Ait enim Ieſum allocutus. Credo domine,adiuua incredulitatem meam.Ex quibus verbis liquido patet, huiuſmodi hominem ſimul & ſemel credulum fuiſſe & incredulum. Hæc enim vt cernimus,augent in nos difficultatem non mo dicam, cum inferant apertam contradictionem, credulum, videlicet, & incredulum. Quippe ſi
Mar.9. homo iſte credebat, cur ſuam incredulitatem ac-

cuſabat?

cuſabat? Et iterum, Si incredulitatem ſuam con feſſus eſt, quomodo credebat? Quapropter & has conciliare curantes dicimus, quod homo ille, dubius erat in fide, heſitans de Chriſti poteſtate, vt ex contextu literæ euidenter apparet, veluti dicedum nouimus de quoddam regulo, cuius filius infirmabatur Chafarnaum. Hic enim (vt refert Euangeliſta), dominum adiens, petijt vt deſcenderet & filium eius ſanaret. Dixit enim, Deſcende domine priuſquam moriatur filius meus, corporalem enim præſentiam quærebat eius, qui per ſpiritum nuſquam deerat. Minus itaque in illum credidit, (vti Gregorij verbis vtar) qui non putauit ſalutem poſſe dari, niſi præſens eſſet & corpore. Si enim perfecte in illum crediſſet, proculdubio ſciuiſſet quia non eſſet locus, vbi non eſſet dominus. Ex parte enim magna homo iſte, ſicut & ille regulus diffiſus eſt, qui adiuuari petierat, vt ſui voti compos fieret dicens. Adiuua domine incredulitatem meã. Ignorabat enim quod dominus eo in loco præmiſiſſet dicens. Omnia ſunt poſsibilia credenti. Acceſsit ergo ad Ieſum credens, ſed non perfecte credens. Qui enim dixit credo, non erat omnino incredulus, ſed vocauit ſuæ fidei imperfectionem, incredulitatẽ quandam, quam ſupple petebat a Chriſto perfici & ſuppleri. In hanc erroris ſiluam incurrerant pariter Apoſtoli, qui licet dimiſsis omnibus calcataq; ſpe ſeculi dominum tuliſſent ſecuti, tamen ad Ieſum conuerſi dixerunt. Domine auge nobis fidem. Petro quoque ſubmerſione timbanti dixerat dominus? Modice fidei, quare dubitaſti? Ex quibus liquido elicere poſſumus, fidem perfectã minime inueniri poſſe, niſi in quam paucis homi-

Ioan. 4

Gregor.

Mar. 9

Luc. 17.

Mat. 14.

Luc. 18. nibus. Quem ſenſum ipſe dominus ſecutus eſt, dum de ſuo finali aduentu loqueretur, dicens. Cũ venerit filius hominis putas inueniet fidem ſuper terram? perfectam ſupple, Vtique fides hominis exigui valoris eſſet, niſi Deus miſericorditer eam foueret, ac nutriret. Iccirco prænotati petierant eam augeri a domino. Nemo enim, vt vulgo dicitur repente fit ſummus, ſed in bona cõuerſatione a minimis quiſque inchoat (vt Deo adiuuante) ad magna perueniat. Alia nanque ſunt virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. Si enim & ipſa fides ad perfectionem ſuam, non quibuſdam gradibus duceretur, iſte interrogatus, an crederet non reſpondiſſet.

Mar. 9. Credo domine, adiuua incredulitatem meam, Sed quia per occultam inſpirationem meritorum ſuorum gradibus fides augetur, & creſcit, iccirco vno eodemque tempore is, qui necdum perfecte crediderat ſimul & credebat, & incredulus erat. De fide enim, & de initio eius Auguſtinus locutus, ait: Cum autem initio fidei induta fuerit mens, tendit bene viuendo etiam ad ſpeciem peruenire, vbi eſt ſanctis & perfectis cordibus nota & ineffabilis pulcritudo, cuius plena viſio eſt ſumma fœlicitas. Et ſic pacatæ redduntur prænotatæ ſententiæ.

CONTRAPO. XXIII.

Sap. 2. *Refrigerium nullum eſt in fine hominis.*

Sap. 4. *Iuſtus in refrigerio erit, dicitur infra.*

Si ſapiens de fine hominis locutus, atteſtatus eſt nullum refrigerium illi eſſe poſt hanc vitam, cur poſtmodum infra, paucis interpoſitis, ſubintulit oppoſitum? Vtique locutus de homine iuſto dixit: Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit in re-

frigerio

frigerio erit. Nonne de vnoquoque homine locutus eſt in priori? Sed cur ab hac lege exemit hominem iuſtum id a nobis quærendum eſt. An forſan penituit eum primum dixiſſe, dum ſequens ſubiunxit? Ego autem malem abſtinere ab interpretandis ſententijs, quæ in Hębreorum canone minime continentur, quam in his quas antiqua approbauit Eccleſia. Iccircò paucis dicam, agent alij qui longiora diligunt. Refrigerium enim (vti vocabulum ſonat) tranſitum de calore ad frigiditatem ſignificat. Quapropter ſicuti varij inueniuntur ſtatus hominum, ita varia repeṛiuntur refrigeria his diuerſis ſtatibus correſpondentia. Aliter enī refrigeratur pauper, a calamitate, qua pręmitur, aliter peccator dum a conſcientię interius accuſatur de reatu. Aliter cōſolatur Beatus, dum cœlum ingrediens letatur cum angelis, & aliter iuſtus, dum ex hoc mundo migrans tranſit ad patriam. Primi enim duo in hac vita duntaxat refrigerantur. Beatus vero in futura ſolum. Sed & iuſtus in vtraque ad plenum refrigeratur, hic videlicet, & ibi. Modum autem quo prænotati refrigerantur audi. Pauper enim a viris pijs & miſericordibus ſubleuando refrigeratur, per pietatis opera, dum a ſuis calamitatibus recreatus releuatur. Peccator vero feruore charitatis, ſibi addite, dum, videlicet, contritus a peccatis feſtinus ſurgit. Quí ſi in peccatis perſeuerans conuerti reſpuerit, nullum poſt hanc vitam refrigerium ſibi erit. Et de huiuſmodi conuerti reſpuentibus intelligenda eſt prior ſententia, qua dicitur, Non eſt refrigerium in fine hominis, conuerti ſupple nolentis. Beatus vero, dum ciuitatem illam cœleſtem ingrediens coronatur a domino. De horum

Refrigeriū quid.

Refrigeria varia

Beatus qualiter conſolatur.

Apoc. 21 refrigerio locutus Ioannes in Apoc ait: Et abſterget Deus omnem lacrimam ab oculis eorum, & cætera quæ ſequuntur per ordinem, Refrigeratur autem iuſtus in hac vita, dum interna deuotione ab ardore temptationis eripitur. Nã ſicut ad oculum videmus, feruor cõtinuæ febris occideret hominem, niſi interueniret refrigerium, quod feruorem huiuſmodi temperaret, ſic ardor temptationum occideret animam iuſti niſi refrigerium deuotionis internæ, ipſam temptationem temperaret. Quod refrigerium in ſummo obtinuerat ille, qui ad tirannum conuerſus conſtanter ait: Diſce miſer, quia hi carbones mihi refrigerium prȩſtãt.

Laurentius. Refrigeratur vero iuſtus poſt hanc vitam, dum relicta corporali ſarcina ad cœleſtia migrat, vt cũ aliis ſic refrigeratus poſsit confidenter dicere, ad

ps. 65 Deum conuerſus. Tranſiuimus per ignem & aquam & eduxiſti nos in refrigerium. Non enim perit iuſtus dum moritur, ſed ſtatum mutat, vt illam vitam inueniat, quæ nullum ſentit finem. Tranſit enim de miſeriis & tenebris huius mundi, ad lucem illam ſplendidiſsimam, permanſurus perpetue. Vides igitur quod iuſtis & electis, non pœnam, ſed ſummam requiem eſſe, poſt hanc vitam, vt cum diſſoluuntur ab iis carneis vinculis, liberari potius dicas, quam perire. Amat enim

De quos amet. Deus iuſtos & bonos, pios & humiles, amat inquam innocentes & mites, eoſque in hac vita cuſtodit & ſeruat, vt poſtmodum in ęterna finaliter refrigeret, econuerſo autem, odio habet illos, qui carnaliter viuentes nõ iuſtificãtur ex hoc mũdo migrantes. Hi enim maioris iudicii ſupplicium expectat & pœna. Conſtat ergo quia iuſtis & electis reſeruatur refrigerium in futuro, quod tamen

men negatur iniuſtis & peccatoribus, dum migrant de mundo. Quos enim Deus ſua benignitate in hac vita iuſtificat, eoſdem poſt hanc vitā deducit in refrigerium perpetuum, vt ibi quieſcāt & cum ſanctis letanter gaudeant. Nec vindicet ſibi homo huiuſmodi iuſtificationem, quaſi ſuis viribus, ſuis conatibus acquiſierit, ſed ſoli illi honor & laus tribuatur, qui ſolus iuſtificat, ſolus deducit in refrigerium. Eo autem iuſtificante hominem, quis condemnabit? refrigerat autem, quos in cœlis coronat. De his itaque in refrigerium deductis intelligenda eſt poſterior ſententia, ſed de carnaliter viuentibus prior intelligenda eſt. Illi ergo ſoli laus & gloria debeatur, qui ſolus opem fert in certamine, qui ſolus victoriam tribuit, qui ſolus pro victoria coronat in patria. Et ſic conciliatæ redduntur prænotatæ ſententiæ initio adductæ.

Quos Deus deducat in refrigerium.

Rom. 8

Sap. 4

CONTRAPO. XXIIII.

*Q*Vis finis meus vt patienter agam. Iob. 6
Scio quia iuſtus inueniar. Iob. 13.

Si Iob de extremis vitæ ſuæ locutus, ſic ambiguus ſe obtulit, vt diceret. Quis finis meus, vt patienter agam? Cur infra, paucis interpoſitis, quaſi primum non dixiſſet, audacter de eodem fine ſuo locutus, ait: Scio quia iuſtus inueniar. Quis enim hominū nouit quid paritura ſit ſibi uentura dies? cum omnia (vt ſapiens atteſtatus eſt) referuentur incerta in theſauris Dei, & neſciat homo an amore, vel odio dignus ſit apud Deum, cui ſoli cordis ſecreta apparent. An forſan Iob nouerat ſe ſic aſcriptum fuiſſe in libro domini, qui liber iuſtorum, ſeu liber vitæ dicitur, vt non amplius ab

Eccl. 9.

 illo

illo delendus eſſet? Sed quis hominum dum via tor eſt, ſic nouit ſe perſeueraturum vſque ad terminum vitæ ſuæ, vt cum Paulo audeat dicere.
2.tim.4. Bonum certamen certaui. Iccirco repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ? Quis enim nouit ſe legitime certaturum, in hoc tam acerrimo bello, vbi continua pugna & rara victoria? Quis nouit ſe a iuſto iudice coronandum in extremis? Quis enim poteſt dicere. Ego de electis ſum, ego de prędeſtinatis ad vitam? Ego de numero filiorum Dei ſum? Quapropter, & huic, præter id, quod in præhabitis contradictionibus prętulimus, placuit
Iob.13 addendum, quod forſan id quod Iob in poſteriori ſententia protulit, hoc per reuelationem didicerat, ſibi a domino factam. Quod nondum forſan acceperat, dum priorem ſententiam dixit. Nondum forſan adhuc fuerat ad plenum probatus, an bonus miles eſſet, in bello temptationum & afflictionum, veluti poſtmodum inuentus eſt. Ic-
Iob.6 circo dixit. Quis finis meus, vt patienter agam? Iuxta quem ſenſum locuti fuerant illi, qui relictis omnibus quæ poſsidebant ad præceptorem conuerſi dixerunt. Ecce nos reliquimus omnia, & ſe-
mat. 19. cuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Sed poſtquã digni habiti fuerunt reſponſione, dicente illis domino, Amen dico vobis, & cętera, quæ ſequũtur per ordinem, ſic firmati & roborati fuerunt in fide, vt pro nihilo ducerent minas & cędes impiorum hominum ac tirannorum. Quapropter Petrus in verberibus gaudet, letatur Paulus in vinculis dicens. Ego non ſolum alligari, ſed & mori pro nomine Ieſu paratus ſum. Alter gauden-
Act.21 Andreas ter ſuſcipit crucem, quam dulciter amplexãs, ait:
Agata. O bona crux diu deſiderata &c. Altera letanter ingreditur

ingreditur carcerem, et ſic de alijs quam pluribus exempla adduci poſſent, qui in fide firmati, tot et talia paſsi ſunt. Idem per omnia & de languente Iob arbitramur dicendum. Dum enim illi ad plenum non innotuerat miſterium ſuæ afflictionis, dum nondum plene nouerat ſe viriliter dimicaturum in hoc certamine, tanquam ambiguus locutus, ait: Quis finis meus, vt patienter agam? Iob. 6
Sed poſtquam Dei munere in temptationum bello ſe victorem venturum fore nouerat confidenter, ait: Scio quia iuſtus inueniar. De tali enim Iob. 13
ſic probato in temptationibus locutus Iacobus Iac. 1
ſanctus, ait; Quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitę. Ignorat enim homo in initio viarum Dei, quem finem ſortiri debeat, pro laboris ſui certamine. Quoniam & ſi certum ſit apud Deum, cui omnia patent, quis in fine ſaluandus ſit, quis coronam reportaturus de prælio, certitudo tamen hæc omnino negatur homini, ſpes tamen fiducie de ſua ſalute habere poteſt, vt ea ſaltem conſoletur, ne dubitationis huius anxietate deſperet ac crucietur. Pro hoc enim facto miſericorditer a Deo collata ſunt homini quædam ſigna manifeſta ſuæ ſalutis, vt indubitabile ſit, eũ eſſe de electorum numero. Porro inter hęc ſigna, Signa ſalutis.
quæ fiduciam nobis præſtant & materiam ſpei noſtræ ſalutis, illud vnum maximum eſſe intelligas, quo dicitur. Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Iob. 8
Non enim verbum paſtoris percipiunt niſi oues propriæ. Facit tamen hoc Deus, vt quibus ſalutis certitudinem negat, cauſa ſolicitudinis, vel fiduciam præſtet gratia conſolationis. Hoc enim eſt, vnde ſemper ſoliciti ſimus, & vt in timore, ac tremore humiliemur, neceſſe eſt ſub potenti ma-

1. petr 5 nu Dei. Quoniam quales ſumus noſce poſſumus, vel ex parte, quales autem futuri ſumus, id noſce pœnitus impoſsibile eſt, niſi per reuelationem id accipiamus (vt prætulimus.) Quis enim hominum ſcire poteſt, quos Deus ab ęterno præſciuit ac prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui? Conciliantes igitur quæ ſupra memorauimus, placuit relinquere, quod id quod Iob poſterius dixit, hoc a domino accepiſſe credimus per reuelationem, veluti de Paulo ſuperius diximus, dum de certitudine coronæ ſibi reponendæ
2. tim 4 ſermonem habuit.

CONTRAPO. XXV.

1. reg. 15 *Deum pœnituit conſtituiſſe ſaulem regem ſuper Iſrael.*
Rom. 2. *Sine pœnitentia enim ſunt dona & uocatio Dei.*

Si Deum pœnituiſſe legimus, quod Saulem filium Cis cōſtituerit regem ſuper omnem Iſraelem. Cur Paulus de ſcripturis edoctus a doctore Gamaliele ex aduerſo aliud ſentit? Ait enim, dum Romanos alloqueretur. Sine pœnitentia enī ſunt dona & vocatio Dei. Nō enim more hominum, Deum pœnitere putemus, vt ſatis diffuſe pertractauimus in priori parte operis noſtri. Nec ſic pœnitere dicitur Deus, vt interius tangatur dolore, & ſibi diſpliceat, quod ſibi prius placuerat, cum ipſe ab vnaquaque paſsione alienißimus ſit, ſed mutat factum, vt quod benefecerat prius diligentibus ſe, poſtea eiſdem male ſe agentibus maleſaciat, ideſt puniat, aut perdat. Oſtendit enim ſe mutauiſſe propoſitū, dum e regno reiecto Saule mādauit poſtmodum loco eius, vngi Dauid in regē. Quapropter ſcire neceſſarium duximus, quod ea quæ ante ſęcula præſtituta ſunt a Deo, quoſque

Deū pœnitere quid ſit.

elegit

elegit vocauitque ab æterno, & effudit in eos do
na ſua non reuocat nec illorum pœnitudine duci
tur, quinimo quicquid ab æterno donauit, firmũ
eſſe voluit, nec illud omnino perire poteſt. Secun
dum quem ſenſum locutus eſt dominus in Euan
gelio, dum de ſuis ouibus ſermonem habuit cum
diſcipulis dicens. Et non rapiet eas quiſpiam de
manu mea. Promiſit enim hæreditatem omnibus
poſteris Abrahæ, quam etiam vſque in finem præ- Ioã. 10.
ſtabit, nec mutabit conſilium, nec pœnitebit illũ
beneficijs, & promiſsionum, quia verax eſt, &
immutabilis, iuxta quem ſenſum, intelligenda eſt
Pauli ſententia, de æterna, videlicet, electione, cu Ro. 2.
ius Deus non poteſt pœnitere. Idem enim arbi-
tramur ſignificare hanc Dei vocationem & ele-
ctionem. Quapropter, licet nobis qui oculos li-
poſos habemus, mutari videatur Deus, & pœni
tentiam agere, in his quæ quotidie operatur, ta-
men ſecus habet. Saulem enim impium, hipocri-
tam, ac inobedientem, à regno eijcit, vt conſtituat
Dauid electum apud Deum patrem æterno con-
ſilio. Non enim Deus ſic conſtituerat Saulem re 1. R. 15.
gem, vt perpetuo regnaret, nec elegerat ipſum a Epheſ. 1.
conſtitutione mundi, nec minus tribuerat illi do-
na, quæ perpetim poſsideret, ſed quæ rurſus au-
ferret, ad tempus enim tantum quandiu adulebat
Deo patri, largitus eſt ei ſua munera. Sic enim
temporaria dona concedere conſueuerat Deus,
vt ea nobis male agentibus auferat. Facit enim
hoc nihilominus, ſine vlla mutatione ſui. Inquit
enim Seuerinus ille Boetius. Stabiliſque manens Boetius.
dat cuncta moueri. Quando enim ipſe præſtat,
quod ſancte promiſit, mutari aut pœnitentia duci
dicitur, licet impropriè. Nam ſi nunc benefacit,

Deinde

Deinde punit, putamus eum pęnituiſſe pręfati beneficij. Eſt enim Deus, bonus bonis, & econtrario, malus malis. Profecto licet hæc mutatio, quã
ps.76. interdum in creaturis cernimus, ſit dexteræ excelſi, tamen paſsiue duntaxat in nobis intelligenda eſt, & non in Deo, qui ſemper in opere, idem perſeuerat. De temporaria igitur vocatione Dei, prior ſententia intelligenda eſt, & non de ęterna, quam pręfati ſumus. Poteſt nihilominus hęc Dei vocatio iuxta alium ſenſum ad vocatos referri, vt ſit ordo pręposterus in Paulina ſententia, primum enim Deus vocat ad fidem ſui vnigeniti, quos vult, ſecundum gratiæ electionem, poſtmodum ſic a ſe vocatis, confert dona ſpiritus ſancti, & pręmia vitę. Hoc autem facit Deus, abſq; pœnitentia, quia vocatio, qua quempiam vocat ad fidem, & dona, ideſt peccatorum remiſsio quam præſtat in baptiſmo huiuſcemodi vocato, ſunt ſine pœnitentia exteriori, quia gratia Dei in baptiſmo, non requirit gemitum neque planctum, vel opus aliquod, niſi ſolam fidem, non fictã, & cordis contritionem in ſuſcipiente ſic vocato, quia omnia gratis condonat Deus, ne quidam putent alios non poſſe accipere miſericordiam, quia illos dolere non vident. Exempli gratia, vocatur quis de paganiſmo vel iudaiſmo ad fidem Chriſti, baptizatur & ab omni reatu abſoluitur, quid enim boni fecit iſte, dum extra fidem eſſet, dũ vocaretur, & vt donum remiſsionis omnium culparum conſequeretur, neque enim ieiunauit, neque in eleemoſynis erogandis ſe occupauerat, neque in annorum computatione in pœnitentia culpas
Epheſ.1. deleuit, quoniam quos ante mundi conſtitutio-
Is.1. nem in prædeſtinatione ſua elegit, hos fructũ boni operis

ni operis afferre faciet tempore ſuo. Et ſic ex præ-
habitis luculenter apparet harum ſententiarum
conciliatio. Patet quoque, quod ſicut gratia a ſo
lo Deo datur, ſic fides ab illo ſolo confertur, qui
ſolus vocat ac locat in vinea, vt fideliter eam ex-
collentes reportent fructum bonorum operum.

CONTRAPO. XXVI.

Oues gentium in ouili adducendæ per Chriſtum. Ioan. 10.
Oues gentium nō per Chriſtū ſed per apoſtolos adductæ. Luc. 10.

Si Chriſtus locutus de ouibus, quæ non erāt de domo iſrael, atteſtatus eſt eas ſe adducere oporte re, vt omnium ouium vnicum eſſet ouile, cur id non actum fuit? Non enim per illum, ſed per apo ſtolos hæ oues adductæ fuere, vt legimus. Ipſe ve ro de ſe locutus alibi, dixit. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus iſrael. Hæc enim (vt cernimus) in nobis augent difficultatem non modicam, ſed ſi ſpiritales oculos eleuare placuerit, dicemus, quod licet ad ſolas illas oues iſraeliticas venerit, illiſque duntaxat ſuam præſentiam exhibuerit, non ob hoc ſequitur, quod oues gentium, quas per orbem vniuerſum diſperſas habebat, contemneret, ac præteriret. Ne promiſsio tā nobilis facta Abrahæ iacturam pateretur, qui non ſolum Iudeorum, verumetiam gentium pater ap pellari meruit, vt ſcriptura atteſtatur. Et ideo maior laus, ac maius meritum fuit gentium, quam Iudeorum, quia iſti viderunt & occiderunt, Gentes vero non videndo ſed audiendo crediderunt, vt vaticinium illud impleretur, quo dicitur. Popu lus quem non cognoui ſeruiuit mihi, in auditu au ris obediuit mihi. Nec obſtat, quia ipſe perſonali ter non adduxerit has oues in ouili ſicut dixerat

Mat. 15.

Gen. 23

Ro. 4.

Magna laus gentium.

ps. 17.

ſe tacere

dicium ouium, aliud hędorum eſſe futurum, tantum abeſt, vt in vnum ouile ſimul cōgregentur. Omnis enim fornicator inquit Paulus, aut auarus, non habet hęreditatem in regno Chriſti. Sunt tamen in hoc ouili Chriſti, ſed adhuc multis malis obnoxij quidā, quibus ſanandis fidelis paſtor modo inuigilat. alij vero extra ouile degunt. Alij partim in eccleſia, partim extra eccleſiam ſunt, qui, videlicet, aut in fide, aut in opere deficiunt. Et ne quis putaret promiſsiones factas Abraę ad ſolos Iudeos pertinere, hanc ſuam protulit ſententiam dicens. Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, carnalis, videlicet, Iſrael. q.d. Cerno enim multos vēturos ab oriente & occidente ad fidem meam, qui poſt hāc vitam recumbent cum Abraam, Iſaac, & Iaacob in regno cœlorum. Vides itaque optime lector, quod licet gentiles nōdum vocati eſſent illo tempore, quo Chriſtus dixit. Alias oues habeo, nihilominus atteſtatus eſt, illos ſe habere in ouium numero, vt oſtenderet prædeſtinatos. Apparet etiam quoniam ipſi gentiles vocandi per apoſtolos, erant oues reponendæ in iudicis dextera, licet ſecundum carnem, non eſſent de ouili Iſrael. Erant tamen de genere fidei ipſius ſpiritalis iſrael. Erant inquit Auguſtinus de prædeſtinatis, licet adhuc nondum de congregatis. Hos enim ſolus nouerat ille, qui eo in loco ait: Ego cognoſco oues meas Nouerat enim quos redimere ſuo fuſo ſanguine venerat. Nouerat enim illos nondum in ſe credentes, ſed non ob hoc erant extra ouile fidei, licet eſſent extra ouile carnalis iſrael. Iccírco ait: Oportet eas me adducere, vt ſicut vnus eſt tantum paſtor, ita vnus ſit ſolus grex omnium ouium. Et ſic ex præhabi

[Margin notes: 1.cor.15 · Gen. 23 · Io. 10. · Mat. 8. · Mat. 25. · Auguſt. · Io. 10. · Ioan. vbi ſupra.]

tis liquido patet conciliatio harum ſententiarum initio adductarum, nam licet miniſterio apoſtolorum gentiles adduxerit in ouile dominicum, ipſe tamen principalis fuit auctor in opere.

CONTRAPO. XXVII.

Exo.30. *FAcietis altare ad adolendum thimiama.*
Eſa.1 *Quo mihi multitudo uictimarum ueſtrarum.*

Deus enim de cunctis populis ſuper terram olim elegit Iudeos, quibus etiam iudicia, teſtamēta, & legem ſuam tradidit vt faceret ſibi populum peculiarem, ſanctum, & legitimum, nec taliter fecerat omni nationi. Voluit enim hiſce cęrimonijs mundo innoteſcere, vnde addidit, externa ſacrificia, oblationes, holocauſta, & ritus ſanctorum velut ſimbola, quibus a gentibus idololatris ſegregarentur, & haberent ſigna beneuolentiæ Dei, & vt iſtis corporalibus & externis cęrimonijs ad mutuam dilectionem prouocarentur, qui habebant eundem cultum, vnum Deum, eaſdem cęrimonias, eadem ſacrificia, agnoſcerent ſe vnius Dei populum, et charitate mutua conſtringerentur, quibus voluit Deus præludere ad venturum Chriſtum. Ideoque iſthęc omnia, figuræ & vmbræ fuere reuolendæ veritatis, Chriſti ſcilicet, Lex inquit Paulus, vmbra futurorum bono-
Heb.10. rum eſt, & pedagogus ad Chriſtū. Voluit enim Deus hiſcæ legibus parare ſibi populum, & ad tempus demandauit ſacrificia, & reliquos cultus. Hinc eſt, quod totiens inſtituta ſunt ſacrificia atque alia ſacra. Voluit inquam his figuris & regno externo aliud ſpirituale, ſcilicet regnum præfigurare, & populum ſpiritualem ſibi parare ad re-
Io.4. gnum ſpirituale, qui Deum non in monte, & fi-

cta religione, ſed mente & corde ſeruirent Deo viuenti. Quanquam præcipue requireret fidem, & charitatem in illis externis ſacrificijs veluti Apoſtolus Paulus inquit. Lex ſpiritalis eſt. hoc eſt, ſpiritualia exigit. Non enim curat Deus corporalia, niſi inquantum ſigna quædam ſunt ad ſpiritualia, quia ipſe bonorum noſtrorum nõ indiget. Et ideo holocauſta reijcit, ſine fide oblata. Oculi enim eius ad fidem reſpiciunt. Quando ergo Iudei non confidebant in Deo ſalutari ſuo ſed magisq; in ſuas oblationes, holocauſta, ſacrificia, & opera manuum ſuarum reijcit Deus iſta omnia & dicit. Quis hæc quęſiuit de manibus veſtris? quaſi diceret. Ego fidem, & charitatem docui, vos neglecta fide & dilectione, tantum in veſtra opera confiditis. Nolo igitur, vt poſt hac ſacrificetis mihi ad hunc modum, Animum ego & pectus requiro, vos manum oſtenditis ſanguinolentam & charitate vacuam, Aurum expectaui, ſed plumbum video. Vuam quærebam, & ecce labruſcas. Ideo non accipiam amplius de manu tua thaurum, neque de caulis tuis hircos. Quoniam meæ ſunt omnes beſtiæ agri iumenta in mõtibus & boues. Cognoui enim omnia volatilia cœli, & pulcritudo agri mecum eſt. Sacrificium enim verum & gratum mihi eſt, cor contritum, & ſpiritus contribulatus. Vides itaque vbique, aliud requirere Deum, quam nuda ſacrificia, fidem ſcilicet, & miſericordiam ac pietatem in proximum, quæ vbi abfuerint a tuis operibus nihil egiſti, nec tantillum præſtitiſti. Vbi vero fides, charitas, & miſericordia adfuiſſerint, egregie, aurea, ſacroſancta & vere diuina ſunt vniuerſa tua

Ro. 7
ps. 15
Hier. 5
Eſa. 1
ps. 49
ps. 50

Oſee. 6. opera. Inquit enim, Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Repete modo quæ prophetæ in vniuerſum ſcribunt & videbis, non aliam cauſam damnaſſe ſacrificia Deus, quam ex incredulitate cordis proruperint. Lege integrum caput Eſaiæ
Eſa. 1 primum, & in prōptu eſt cauſa reiectarum oblationum. Manus inquit veſtræ ſanguine plenæ ſunt, immundi eſtis, malis ſtudijs, putris arbor. Quem ſenſum Chriſtus ſecutus, aiebat phariſeis. Progenies viperarum quomodo poteſtis bo-
Mat. 12 na loqui com ſitis mali? Non placent Deo munera, aut quæcunque opera, niſi antea placeat perſona. Opus Deo gratum eſt, ſi perſona fuerit grata. Iniquorum opera ſemper maledicta ſunt, quia & ipſi maledicti ſnnt. Iuſti vero facta, ſacra & bona ſunt. Nam & ipſe ſacer, & benedictus
Tit. 1 eſt. Mundis inquit Paulus, ſunt omnia munda. Porro pollutis & infidelibus nihil eſt mundum, ſed polluta eſt illorum mens & conſcientia. Et his qui diligunt Deum, omnia ſimul ſunt adiumē
Mat. 4. to in bonum. Atque hoc eſt quod Chriſtus ſepe repetit. Bona arbor, bonos fructus facit. Adde qđ ſacrificia illa Iudeis tantum fuere præcepta, chriſtianis non, quibus iſtud tantum mandat Chriſtus, vt abnegent ſemetipſos, & tollant crucem ſuam, & ſequantur eum, offerant corpora ſua, ho-
Mat. 16 ſtiam viuentem (non mortuam) ſanctam, non
Rom. 12 prophanam, Deo acceptam. Spiritales ſcilicet ho-
1. petr. 2 ſtias acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum. Quibus habitis dicimus ad poſteriorem, quod pro-
Eſa. 1 pheta Eſaias vna cum cæteris, impias oblationes impiorum hominum condemnant quod videbant præcipua legis miſericordiam & iudicium

ab illis

ab illis Hipocritis negligi,& tamen ſine fine con geminare ſacrificia, & ſic pacatæ relinquuntur prænotatæ ſententiæ initio adductæ.

CONTRAPO. XXVIII.

Petitiones dominicas ſeptem poſuit Matteus. Mat. 6.
Petitiones Dominicas *quinque tantum eſſe dixit* Lucas. Luc. 2

Si Matteus creationem dominicam recitans, ſeptem petitiones in illa cõtentas poſuit. Cur Lucas qui poſterior ſuum ſcripſerat Euangelium, quinque tantum eſſe dixerat? Abſit vt ab his Euangeliſtis diſſonantia oriatur, cũ id quod ambo dixerint, ab illo ſpiritu acceperint, a quo emanat omnis veritas. Quapropter vt & illos cõcordes reddamus, præmittendum nobis placuit; quid Io. 16 ſit petitio, & quid interſit inter petitionem, inquiſitionem, & pulſationem, quæ ad idem tendere videntur. Petitio enim (vt Auguſtini vtar ſententia) ad impetrandam ſanitatem firmitatemq; animi pertinet, vt ea videlicet quæ præcipiuntur implere poſsimus. Inquiſitio vero ad inueniendã veritatem pertinet. Pulſatio autem, manifeſtationem rerum quærendarum deſiderat. Horum igitur primum humiliter petendum eſt, ſecundum diligenter quærendum, vt detur, tertium vero, vt inueniatur. Opportuniſsime autem Chriſtus hęc deſignauit, dum apoſtolos allocutus ait: Petite & accipietis, Quærite & inuenietis, Pulſate & aperietur vobis. Vt igitur tria iſta videlicet, Petitio, Inquiſitio, & pulſatio, manifeſta fiant ſub Mat. 7 aliquo exemplo ponamus. Videmus aliquem infirmis pedibus ambulare non poſſe, hic prius ſanandus eſt & firmandus, vt ſit potens ad ambulandum. Et hoc pertinet quod dicit, petite. Secun-

Auguſt. Differẽtia inter petitionem inquiſitionẽ & pulſationẽ.

dum neceſſarium vt viam inueniat, quæ ducat eum quo vult, ob quod ſubiungitur. Quærite & inuenietis. Quid enim prodeſt homini, pedum ſanitate obtenta, & ambulare, deſideranti viã, qua ſibi eundum eſt, non agnoſcere, nonne facilime in præceps rueret? Quid ſi viam tenuerit, & ad locum peruenerit, vbi habitare vult ſi clauſum inuenerit? Vtique neque ambulare potuiſſe, neque perexiſſe, neq; perueniſſe profuerit, niſi aperiatur. Et hoc pertinet ad id, quod ſequitur, videlicet. Pulſate, Magnam enim ſpem dedit nobis dominus his verbis qui promittendo non decipit, ait enim.
Luc. 2. Omnis qui petit, accipit, Qui quærit, inuenit, Et pulſanti, aperietur. Quibus verbis liquido patet perſeuerantiam nobis fore neceſſariam, vt accipiamus, quod petimus, & inueniamus quod quęrimus, & quod pulſamus, aperiatur. His itaque præmiſsis ad conciliationem ſententiarum deueniamus dicentes, ꝙ licet Matteus ſeptem petitio-
Mat. 6. nes deſignauerit in ſuo Euangelio, non ob hoc
Luc. 2. Lucas ab eo diſcrepauit, qui tantum quinque cõmonuit, ſed quomodo iſta ſeptem intelligenda ſint, ipſe Lucas ſua breuitate tranſcurrit. Nomen quippe Dei, vt Auguſtini vtar verbis, ſanctificatur in ſpiritu. Dei autem regnum in carnis reſurrectione uenturum eſt. Oſtendens ergo Lucas tertiam petitionem, duarum ſuperiorũ eſſe quodammodo repetitionem, magis eam prætermittendo fecit intelligi. Deinde tres alias adiungit, videlicet de pane quotidiano, de remiſsione peccatorum, & de tentatione vitanda. At vero quod
Mat. 6. Matteus in vltimo poſuit. Sed libera nos a malo, Lucas non poſuit, vt intelligas ad illud ſuperius, quod de tẽtatione dictum eſt pertinere, Ideo

quippe

quippe ait. Sed libera, non ait. Et libera, tãquam vnam petitionem eſſe demonſtrãs, vt ſciat vnuſquiſque in eo ſe liberari a malo, quod non infertur in tentationem, & ſic patet quid ad hæc fuerat dicendum in conciliatione harum duarum ſententiarum.

CONTRA P C. XXIX.

D*Auid mandata cuſtodiens.* ps. 118.
Dauid mandatorum tranſgreſſor. vbi ſup.

Si Dauid de ſeipſo locutus in p̃s confidenter, ait conuerſus ad Deum. Et legem tuam cuſtodiui. Cur infra in eodem p̃s, ſe legis trangreſſorem denuntiat, dicens. Erraui ſicut ouis, quæ perĳt? Nõ enim tranſgreſſor dicendus eſt, qui legem cuſtodit, nec econuerſo legem cuſtodiens dicendus, qui in ipſa lege errat, ſicut ouis, quæ perĳt. Quid igitur pro conciliatione harum ſententiarum dicemus, ſi veritatis pręco in ſeipſum contrarius apparet, cui adhibenda erit fides? quis enim has ſententias ſic oppoſitas audebit concordes reddere? An forſan Dauid miſticus ad patrem Deum conuerſus locutus eſt in priori. Ipſe enim ſolus inter filios Adæ, ſine peccato inuentus eſt. De illo enim Petrus locutus in ſua canonica, ait. Qui 1. pet. 2.
peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Hunc enim ſolum exceperat regius vates, dum de filĳs hominũ locutus ait in pſalmo. Non ps. 13
eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. De Mat. 5.
cebat enim, vt qui nõ venerat ſoluere legem, ſed perficere, eam ad vnguem ſeruaret & adimpleret, Cœpit enim ipſe, vt poſtmodum ſe ſequentibus in exemplum præberet. Dauid vero, in ſequẽ ps. 118.
ti ſententia ſuum accuſans reatum, ait, ad Deum

 conuerſus.

conuerſus. Erraui ſicut ouis quæ periȷt. Qui & alibi ait. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Vere enim ſicut ouis errauerat iſte, quoniam ſuum reatum agnoſcens, inueniri meruit a pio paſtore, qui eo inuento, repoſuit iterum in ouili do-
Mat. 25. minico. Vere veluti ouis errauit, quia oues duntaxat locandæ ſunt in iudicis dextera in die finali. Errat igitur propheta, vt ab illo quæſitus inueniatur, qui ait in Euãgelio. Venit enim filius hominis quærere, & ſaluum facere quod perierat. Errat inquam, vt reatum agnoſcens humilior
p̄s. 118. fiat, rogetque veniam ſibi dari dicens. Quære ſer
p̄s. 88 uum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus. Errat Dauid, vt poſtmodum indulgentiam conſecutus gloriaret cantet & dicat in p̄s. miſericordias domini in æternum cantabo. Quibus ſic diſcuſsis, clare patet harum ſententiarũ conciliatio.

CONTRAPO. XXX.

Mat. 27. *Latro bonus vna cum altero conuiciebantur domino.*
Mar. 15. *Latro bonus non conuiciebatur domino ſed in illũ credidit.*
Luc. 23. Si latro in dextera crucifixus vna cum altero, qui in ſiniſtra concrucifixus fuerat conuiciebantur domino, vt Matteus vna cum Marco atteſtati ſunt, cur Lucas ex aduerſo, latronem in dexteram crucifixum, ſic fidelem Chriſto fuiſſe aſſeruit, vt conſortem in ſiniſtra crucifixum tãquam incredulum ſic increpaſſe legitur, vt illi diceret.
Mar. 15. Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es. Vnde ergo orta eſt, hæc diſſonantia? nonne eodem ſpiritu, id quod dixerant Matteus & Marcus, affatus eſt Lucas, Ea propter, ne & has confuſas relinquamus placuit dicendum ad illas

Euangeliſtas,

Euangeliſtas in huiuſmodi ſententijs minime fuiſſe contrarios, ſed eodem ſenſu locutos. Cū enim dictum eſt, inquit Auguſtinus, latrones vel qui cum Chriſto fuerant crucifixi, nec fuit additum ambo, non ſolum ſi ambo fuiſſent, poſſet hoc dici, ſed etiam quia vnus hoc fecit, potuit enim vſitato locutionis modo per pluralem numerū ſingularem ſignificari, iuxta quem ſenſum Matteus cum Marco forſan locuti ſunt, dum perſtringentes hunc locum dixerunt Et qui cum eo erant crucifixi, conuiciebantur illi, veluti & in Epiſtola quæ ad Hębreos directa eſt legimus pluraliter dictum. Clauſerunt ora leonum, cum ſolus Daniel ſignificari intelligatur, pariter fuiſſe dictum!. Secti ſunt, cum de ſolo Eſaia id tradatur. In p̄s etiā id quod dictum eſt. Aſtiterunt reges tęrrę. & cętera, pluralem pro ſingulari poſitum fuiſſe non ambigimus. cum ſolus rex Herodes aſtiterit contra dominum, aliæ etiam ſententiæ ad hoc propoſitum poſſent adduci, Sed breuitatis cauſa eas modo, ſilentio pertranſire arbitramur. Et ſic ex. iam præhabitis conciliatæ relinquuntur præmiſſæ ſententiæ initio adductæ.

Auguſt. Mat. 27. Heb. 11 Dan. 6. p̄s. 2

CONTRAPO. XXXI.

Quendam euangeliſtarum Matteum fuiſſe nuncupatum legimus. Mat. 9.

Eundem apud Lucam leui nominatum reperimus. Luc. 3.

Si quendam ex thęloneo vocatum a domino, leui nominatum fuiſſe ſcribitur, cur alter de ſeipſo locutus, Matteum ſe nominat? Non enim idē ſignificari arbitramur hæc duo nomina, cum nec idem interpretata videantur repreſentare. Alterū enim additus ſiue aſſumptus interpretatur. Alte-

rum vero donatum ſiue datum repreſentat. Deriuatur enim hoc nomen Matteus a verbo Hebraico Nathan, quod pro donare, ſiue pro dare ponitur. Nec hoc a miſterio vacare agnouimus. Profecto hoc nomen eum habere apte congruerat, qui tantæ gratiæ ſupernæ munus accipere debebat. Leui vero ſeorſum ſumptum non a verbo Nathan, ſed a verbo Naſſa deſcendit, quod & leuare ſiue aſſumere repreſentat interpretatum. Quapropter & has conciliare curantes dicimus,
Beda. Bedam venerabilem ſecuti. ꝙ idem Matteus Binomius erat, vtique & Leui etiam vocabatur, ſignificans, ꝙ per electionem aſſumendus eſſet a domino, & addendus ad numerũ gradus apoſtolici & Euangeliſtę.
mar. 2. Marcus autem, & Lucas, Leui eum magis appellari voluerunt, ne conſortem operis Euangelici de priſca conuerſatione palam notabilem redderent. At vero vbi ad deſcribendum duodecim apoſtolorũ chatalogum per-
mat. 9. uenerunt, tacito leui vocabulo, Matteum illum aperte nuncupauerunt, quem enim primum vulgari nomine deſcripſerant, hunc eundem poſtmodum in apoſtolorum numero iam aſſumptum, Matteum appellandũ placuit. Decens enim erat, vt Matteus nuncuparetur ob cauſam ſuperius annotatam, qui tanto munere a domino decorãdus erat, vt oſtendatur, nullum conuerſum de ſalute debere diffidere, cum hic de publicano in apoſtolum. de thęolonario in euangeliſtam ſit repente mutatus Dum enim turbæ, quæ cum Ieſu erant, viderunt publicanum, a peccatis ad meliora conuerſum locumque pęnitentię peccatorem inueniſſe conſpicerent, ob id etiam ipſi de conſequenda ſalute non dubitarent.
Ro 5. Vbi enim (inquit Paulus)

lus) abundauit peccatum ſuperabundauit & gratia, quia nimirum quanto grauiorem dominus in electis ſuis peccatorum languorem curauit, tanto ampliorem cunctis gratiæ medentis potentiā demoſtrauit. Dum enim Matteum temporalibus lucris intentum, atque ſedentem in Thęloneo vocauit dominus, de publicano iuſtum, de Thęolenario diſcipulum fecit, quem etiam proficientibus eiuſdem gratiæ de communi diſcipulorum numero ad apoſtolatus gradum promouit, nec ſolum prędicandi, uerumetiam ſcribendi euangelium illi miniſterium commiſit, vt qui curam tęrreſtrium omiſerat, cęleſtium talentorum diſpenſatorem eſſe inciperet. Et ſic conciliatæ & concordes redduntur prænotatæ ſententiæ.

CONTRAPO. XXXII.

Impio nihil dederis. Eccl. 11
Operemur bonum ad omnes. Gal. 6.

Si ſapiens de homine impio locutus, dixit. Impio nihil dederis. Cur Paulus contrarius ſe obtulit huic ſententiæ? Ait enim ſcribens ad Galatas. Operemur bonum ad omnes. Huic autem pręter ea, quæ in priori parte nos dixiſſe recolimus, & illud ſuperaddendum placuit dicentes, ꝙ de impio illo intelligenda eſt prior ſentētia, qui ſic peruerſus eſt, vt non recte credat, de hoc enim locutus Chriſtus in ęuangelio ait. Qui non credit, iam iudicatus eſt. Io 3:
Hic enim etiam, ſi nihil cuiquam auferat, ſi pauperibus tribuat, ſi vxorem alienam non concupiſcat, ſi nulli fraudem faciat, ſi depoſitum reddat, non ob hoc, impium eſſe deſinit. Hic ps. 124.
enim cum operantibus iniquitatem, ſi ſic in incredulitate vſque ad extremum vitæ permanſerit

proculdubio deducendus eſt & puniendus pœna ęterna, cum careat ſundamento cuiuslibet boni operis, nec obſtat, ꝙ ea fecerit, quæ ſunt de genere bonorum, quoniam illa facit non ea intentione, qua facere debuit. Icdirco, quo ad meritum ea opera non ſunt bona dicenda, videlicet, quo ad futuram vitam, licet Deus (qui irremunerator bonorum non eſt) mercedem ſibi tribuat in mundo iſto. Bona inquam non ſunt (vt prætulimus) quia non ex bona radice prodeũt. Ait enim
Ro. 14 ſanctus Apoſtolus. Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Quiſquis igitur præſumitur ſine fide operari bona, impius dicendus eſt, ſed ſi econuerſo crediderit in eũ qui iuſtificat impium, profecto, ex impio pius fit. Per fidem enim iuſtificatur impius, vt poſsit deinceps opera iuſtitiæ & pieta-
Ro. 4 tis facere. Vtque qui ſic credit, fides eius reputa-
Gal. 6. tur ad iuſtitiam ſecundũ propoſitum gratię Dei. His igitur ſic intellectis, priori ſententiæ non contradicit Paulus, quoniam illa prior de illo impio intelligenda eſt, qui ſic proteruus eſt ac obſtinatus, vt nullatenus recedere intendat a ſua impietate, vt poſtmodum pius fiat. Profecto de ſic impio ſapiens in prouerbijs locutus ait: Impius cũ
prou. 18 in profundum peccatorum venerit cõtemnit, Sic igitur intellectis, nullatenus contrariatur priori ſententiæ, quod in poſteriori ſubinfertur.

CONTRAPO. XXXIII.

Mat. 20. *Chriſtus ignorauit calicem bibituros Iacobũ & Ioannẽ. Chriſtus firmiter aſſeruit præfatos calicem bibituros.*

Profecto, ſi Chriſtus, qui prima veritas dicitur in ſcripturis, quæſierat an calicẽ bibere poſſent hi duo diſcipuli, cur infra, tanquam de hoc

certus

certus eoſdem allocutus ſubiunxit dicens. Calicem meum bibetis? cur igitur quærit an poſsint, ſi hoc habebat pro certo? Arbitramur & huic idem reſponſum dari, veluti dedimus alteri, dum de Chriſto interrogante & quærente ſepulcrum Lazari fecimus mentionem. Quærit ergo dominus ab his apoſtolis, non tanquam neſcius, ſed vt ex eorundem reſponſione petitionem inſanam & ſtultam increparet, ipſi enim matrem præmittentes, potius præmiorum a domino ſublimitatem, quam operum perfectionem quærebant, ſed cęleſtis magiſter, quid primo eis quærẽdum eſſet inſinuat, reuocat ad viam laboris, qua ad brauium pertingere poſsint retributionis, Poteſtis inquit bibere calicem, quem ego bibiturus ſum, calicem, videlicet, dicit amaritudinem paſsionis, qui infidelium acerbitate, crebro iuſtis offertur. Nam hanc quicunque humiliter patietur, ac gaudenter pro Chriſto ſuſceperit, merito cũ illo ſublimiter regnabit. quia ergo hi duo diſcipuli cum illo ſedere deſiderabant, admonet eos primo paſſionis ſuę exempla ſequi, & ita demũ optatę maieſtatis culmen appetere, quem viuendi ordinem cunctis fidelibus, inquit Beda, ſequendum docet apoſtolus dicens. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul etiam et reſurrectionis eius erimus. Ita enim dominus noſter, his verbis præmia pollicebatur ęlectis, vt & digna præmijs merita præmoſtraret, ſic vitam donabat ęternam, vt anguſtam portam, & arctam viam ad hanc peruemendam eſſe decernat, vnde ait. Contendite intrare per anguſtam portam. Contentione enim non parua opus eſt, qui ad alta aſcendere cupit. Nam cum tanto ſudore, vertices

Io. 11.

Mat. 20.

Ro. 6.

Luc. 13.

tices

tices montium ſubeamus, quantum neceſſe eſt conari, vt conuerſationem in cęlis habere, & in monte ſancto domini mereamur quieſcere. Vel dicamus ſi placet, ꝙ dominus iccirco hac interrogatione, quæſiuit ab eis, vt poſteris palam faceret illorum affectū, quem erga ſe hi duo pręcipui
Mat. 20. diſcipuli habere agnoſcebat. Neque hoc ſine conſideratione tranſeundum eſt, quare dominus dixerit indifferenter filios Zebedei calicem bibituros, cum nouerimus ex his vnum, Iacobum, videlicet, per effuſionem ſanguinis vitam finiſſe, alterum vero, ideſt Ioannem in pace ęccleſię quieuiſſe, Sit ergo harum præmiſſarum conciliatio talis, ꝙ Chriſtus, non vt ignorans quæſiuit, an calicem paſsionis eius bibere poſſent, ſed vt illorū, petitionem indiſcretā fuiſſe oſtenderet. Quapropter, merito ait. Neſcitis quid petatis. Vere quid peterent neſciebant, qui inſinuabant humano arbitrio pręeligi poſſe, quibus quiſque ſedibus in futuro qua retributione donetur. Et quidem laude digna eſt pia ſimplicitas eorum, qui fiducia deuote mentis ſedere in regno circa dominū poſcebant, ſed multo dignius laudabiliſq; erit prudens humilitas eius, qui conſcientia propriæ fragilitatis, ait: Elegi abiectus eſſe in domo dei mei, ma-
ps. 83 gis quam habitare in tabernaculis peccatorum. & ſic conciliantur præmiſſa.

CONTRAPO. XXXIIII.

Ioā. 16. *Modicum & non videbitis me.*
Modicum & videbitis me.

Si apoſtoli per modicum temporis non erant viſuri dominum, dicente eo, Modicum & nō videbitis me, cur ex aduerſo in altera ſubiungitur.

 Modicum

Modicum & videbitis me clarum eſt enim ꝙ modicum & non modicum contradictorie ſe offerunt. De quolibet enim teſte philoſopho, dicitur, eſt, vel non eſt, & de nullo ambo ſimul. Ea propter, & has more noſtro, conciliare curantes placuit dicere, ꝙ dominus noſter Ieſus Chriſtus dum ait. Modicum & non videbitis me, & iterum Modicū & videbitis me, illico annectit cau ſam cur hoc dixerit. Subiūxit enim dicens. Quia vado ad patrem. ac ſi diceret, Ideo poſt modicū a veſtris aſpectibus in monumenti clauſtris abſcendar, & iterum poſt modicum, deſtructo mor tis imperio vobis intuendus appareo, quia tempus eſt, vt expleta diſpenſatione aſſumptæ mortalitatis, vel reſurrectionis triumpho, iam reuertar ad patrem, vide ergo quomodo modicū tem pus futurum erat, quo eum non viderent, illud, videlicet, triduum quo erat quieturus in monumento, & iterum modicum erat futurum quo viderent eum, illi, videlicet, dies quadraginta, in quibus eis poſt paſsionem ſuam ſepius vſque ad tempus aſcenſionis apparuit, Ad ipſos enim apoſtolos hic ſermo potiſsimum pertinebat, qui poſt triſtitiam paſsionis, viſa reſurrectione, & aſcenſione eius, letificari meruerunt. Nam quia hæc illa quæ tradebatur nocte locutus eſt, modicum erat, ideſt eiuſdem noctis & diei ſequentis tempus, vſque ad horam qua illum non videre inciperent. Tentus enim nocte illa a iudeis & in craſtinum crucifixus, cum ſero factum eſſet depoſitus eſt de cruce, & inter ſceptra ſepulcri ab humanis ſecluſus ob tutibus. Pergit igitur dominus noſter his verbis conſolari apoſtolos ſuos, longe tamen aliter quam faciat mundus. Nam mundus ſi

Ioā.16.

Act.1

quem

quem conſolatur omnia reticet, quæ triſtia ſunt, & tantum ea dicit, quæ lætificare poſſunt, hoc autem non ſemper vtile eſt, id quod uidemus in mo rituris, E contra, Chriſtus conſolatur quidem, ſed iuxta hoc plane iudicat pericula (conſolationem promittit) ſed ad ablationem eorum quæ aduerſa videntur. hoc autem verbo, dum ait, Modicũ
Io.16. & non videbitis me, breui dicit ſe moriturum & a conſpectibus eorum ſubducendum, Et quamuis plane & manifeſtis verbis hoc dicere potuiſſet, tamen obſcurius loqui maluit, vt eos excitaret ad quærendũ, id quod & factum eſt. Sic enim cum electis ſuis nunc triſtia, nunc leta eis conferendo, vt etiam & nobis hoc verbum dictum putamus in aduerſitatibus, Modicum inquit, & iterum videbitis me. Tu ergo noli deſperare. Sic enim in Eſaia dicit. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis colligã te.
Eſa. 54. His itaque præmiſsis, liquido per ſe patet harum conciliatio, cum illud modicum & non modicũ, non dictũ ſit reſpectu eiuſdem temporis, ſed primum reſpectu paſsionis & mortis ſuæ, alterum vero reſpectu ſuæ reſurrectionis, vt prætulimus.

CONTRAPO. XXXV.

Gen. 17 *Abrae mandauit Deus vt ſe præcederet.*
Io.21. *Petro præcepit Chriſtus vt ſequeretur ſe.*

Si Abraę mandauerat Deus vt ſe præcederet, ait enim. Ambula coram me, cur Chriſtus qui Deus & homo erat, & ſe in exemplar præfulgidum præbuerat ſe ſequentibus, ex aduerſo ſe habuit, dum allocutus Matteum ait. Sequere me, et
Mat. 9. Io. 21. ad Petrum conuerſus dixit. Tu me ſequere? Huic autem, quæ non nil difficultatis in ſe continere videtur

detur placuit dicere, ꝙ dū Deus allocutus Abraæ ſibi mandauerat, vt ſe prçcederet, nondum carnem aſſumpſerat ille, cuius veſtigia ſequi tenemur ſi ſaluari deſideramus, iccirco prçfatum allocutus mandauit Deus, vt tantum ſe præcederet, benefaciendo, videlicet, ac virtutum opera faciendo, prout ſe feciſſe audierat & didicerat cum mortalibus, in præcedentibus ſçculis miſerando. Nam licet Abraç tempore non fuerit collata lex in lapideis tabulis, digito Dei ſcripta, fuerat tamen impreſſa medullitus in tabulis carnalibus ipſius Abraç, quā & ad vnguem obſeruauit, vt Deus atteſtatus eſt, dum Iſaac filium allocutus ait. Eo ꝙ obedierit Abraam voci meç, & cuſtodierit prçcepta & mandata mea & cerimonias, legeſque ſeruauerit. Huc clare conſpicimus, quantæ virtutis, quanteue extimationis, fuerit apud Deum hic ſanctus Patriarca, qui in ſcripturis, amicus Dei appellatus eſt, Huic non ſolum mandauit Deus, vt ſe præcederet, ſed vt, quod maioris perfectionis erat, impleret, dicens ei. Et eſto perfectus. Hæc autem, non infructuoſo ſilentio pertranſeunda ſunt, cum non dixerit illi Deus abſq; miſterio. Eſto perfectus. Abraham enim nondū attigerat centenarium çtatis annum, dum hçc ſibi loqueretur Deus, ſed dūtaxat nonageſimumnonum, vt Moſes refert, vt igitur priori numero addito monade oriatur centenarius, mandat illi Deus, vt ſe prçcedat. Quo ottento numero, perfectioni redditus eſt abram. Centenarius enim numerus, ex denario decies repetito conficitur. Qui & inter alios ſolus radicalis dicitur, cū omnes alios numeros contineat virtualiter, non minus quam faciat ducatum, Marcellum Solidum & obolum.

Gen. 17

Gen. 26

& obolum. Et cum Denarius ſit omnium numerorum vltimus, omnes alios neceſſario inferi. Vltra quem denarium, nullus vnquam auſus fuit progredi, nec alium inuenire numerum: vt docuit Plato, Nec centenarius ſiue millenarius eſt radicaliter alius numerus vltra denariū, Gaudet quoque Denarius hoc priuilegio, vt illo duntaxat, præmiandi ſint, qui in domini vinea fideliter laborauerint. Sed ſi ad altiora velimus conſcendere dicemus, ꝙ dum Deus diceret Abraę, vt ſe prę cederet eſſetque perfectus, decreuit illi mutare nomen in aliud nomen, quod hanc perfectionem in ſe contineret. Erat enim illi prius nomen Abram, ſed poſtquam locutus eſt illi Deus, mandans illi vt ſe præcederet, vocatum eſt nomē eius Abraā. Quod quidem nomen ſic mutatum, ſi iuxta computùm Hębraicarum literarum contempletur, reſultabit in ſumma, ſexcenta & tres decim. Tot enim fuiſſe annumerātur a Cabaleis totius legis pręcepta, comprehendentes, videlicet, non ſolū Moralia, ſed & Iudicialia, & Cęrimonialia. Quorum ducenta, & quadraginta octo affirmatiua nuncupantur. Tercenta vero & ſexaginta quinque reliqua, negatiua reperiuntur. Hinc ſacramē tum magnum non occultandum conſpicimus. Affirmatiua enim pręcepta, quæ prætulimus, totidem humani corporis oſſa ſunt repreſentantia, uires perfectioris hominis perficientia. Vnaquęque enim virtus per pręceptum ſibi correſpondens perficitur, vt in ſecretiori theologia docetur. Quibus etiam corporis viribus, illa præcepta ſeruantur. Hoc autem figurat illa ſententia. Ambula coram me, & eſto perfectus. Quoniam, videlicet, contuli tibi uires quibus omnia præcepta affirmatiua

matiua adimplere poteris. Negatiua vero pręcepta neruis & ligaturis prænotati humani corporis correſpondere non dubitamus. Vt igitur totum hominem tam in viribus quam in ligaturis & neruis perficeret Deus, contulit illi præcepta illis coęquatis numeris, vt ad vnguem cuſtoditis et obſeruatis ab ipſo Abraam, totum humanũ genus innouatum fuiſſe crederemus in illo, qui patrem multarum gentium, iuxta vnum ſenſum repreſentat interpretatum. Nihil enim in lege aut in Euangelio præceptum fuit nec ordinatum, niſi ad beneficium noſtrum, vt ſalutem poſtmodum æternam conſequeremur. Hinc liquido elicimus, legem fuiſſe non ſolum ante Moyſi tempora, ſed & ante Abraam, quam ſe obſeruaſſe, teſte Deo, non ambigimus, vt prætulimus, ipſamque ſemper concurriſſe cum Euãgelio credimus, quod & ęternũ fuiſſe legimus, De illo enim locutus Euãgeliſta Ioannes ait: Vidi Angelum volantem per medium cœli habentem Euangelium ęternũ, quanquã ipſa lex non fuerit promulgata nec manifeſtata exterius populo iſraelitico, niſi p Moyſen, vt populus ille inexcuſabilis eſſet. Quapropter ſequens ſententia nõ obſtat priori initio adductæ, quoniam decens erat, vt aduentante tempore gratiæ, mãdaretur homini Chriſtum ſequi, vt membra coaptarentur capiti, ne corpus truncatum appareret ſine capite, ob quod Petrum allocutus ait, Sequere me, qui ſupple per ſuſceptã carnem tibi & cæteris, in lucem poſitus ſum, lucem inquam ſequendam. Quapropter ipſe de ſe locutus dixit alibi. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. Quanquam ad hæc aliter reſpondentes poſſemus dicere, nullam in præmiſsis con

apoc. 14 — Exo. 20. — Io. 21. — Io. 8.

G tradictionem

Gen. 17 tradictionem eſſe, quoniã licet hoc in loco Deus prȩceperit Abraæ, vt coram ſe ambularet, quod idem eſt, quod recte & ſine quȩrela incederein mandatis & cerimonĳs eius. Mandauit tamen alibi econuerſo, populo, videlicet, iſraelitico vt ſequeretur ſe. Ait enim Moſes, iuſſu Dei, prȩfatum populum allocutus. Dominum Deum ve-
Deu. 13 ſtrum ſequimini. Sequi enim cum ſit equiuoca dictio, multa & inter ſe diuerſa ſignificare dignoſcitur. Stat enim aliquãdo pro conſentire, Aliquando pro imitari ſumitur, Interdum pro obedire.

christũ ſequi tenemur.

Sed his omnibus prætermiſsis, dicimus concludẽtes, ꝙ tenemur Chriſtum ſequi, ſuiſque veſtigĳs adherere, ne tanquam membra deformia & mõſtruoſa ſine capite ſimus. Nempe ſicuti monſtruoſum & deforme eſſet videre corpus humanum truncato capite. Ita a ſimili monſtruoſum eſſet
Ephes. 1 videre hominem ſine Chriſto capite. Ipſe enim iuxta Pauli ſententiam eſt caput omnis eccleſiæ. Sequamur igitur ipſum, non coacte, ſed voluntarie, exemplo illius, qui ad illum cõuerſus, ardenter ſe prȩofferebat dicẽs. Magiſter ſequar te, quocunque ieris.
Mat. 8. Quod eſt contra multos qui non ſequuntur Deum, niſi coacte, veluti ſunt illi quibus neceſſario eſt impulſio tribulationum, vt huiuſmodi flagellis humiliati, ſequantur illũ, quem voluntarie ſecuti non eſſent. Hunc igitur ſequamur, ne tanquam cȩcutientes ruamur in prȩceps, ipſe enim tales ſe ſequentes valde diligit, ipſoſque maiori amore alĳs anteponit, quibus ſic, habitis concordes redduntur prȩnotatȩ ſententiæ.

CON-

CONTRAPO. XXXVI.

Moſes Aaron. Nadab & Abiu uiderunt Deum. Exo. 24.
Non uidebit me homo & uiuet. Exo. 33

Si teſte Deo, nemo poteſt ſe videre, vt viuat, cur ſecus dicitur in priori ſententia, q̓ videlicet Moyſes Aaron Nadab & Abiu vna cum ſenioribus Iſrael viderunt Deum. Hæc enim vt cernimus, ſimul ſtare nequeunt. Nec obſtat, q̓ Augu- De tri. L. 2. c. 15 ſtinus, neſcio quam interpretationem ſecutus dicat, hunc locum ſcripturæ citans. Quia ſcriptum eſt de ſenioribus iſrael, quia viderunt locum vbi ſteterat Deus iſrael &c. Quoniam Hębraicus textus & noſtra vſualis traductio non ſic continet, vt dicat, quia prænotati viderint locum, quin potius dicit. Aſcenderuntque Moyſes Aaron Nadab & Abiu &c. & viderunt Deum iſrael. non enim dicit, quia viderunt locũ, ſed viderunt Deũ vbi ſup. iſrael. Et infra poſt pauca, hoc repetens dicit: Viderunt Deum & comederunt & biberunt. Meminimus alteram pluries explanaſſe in priori parte noſtri operis, dixiſſeq́ Moyſen vidiſſe Deum per ſubiectam creaturam. Exibentur enim hæc Rom. 1. omnia viſibilia & ſenſibilia ad ſignificãdum inuiſibilem atque intelligibilem Deum, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Cum hic Rom. 2. apertiſsime demonſtretur, nec deſideranti Moyſi conceſſum, vt faciem Dei videret. Quis igitur mortalium dicere audeat, per ſimiles formas quę huic quoque viſibiliter apparuerunt, non creaturam Deo ſeruientem, ſed hoc ipſum quod, Deus eſt, cuiuſquam oculis apparuiſſe mortalium? Quis enim dubitat, vt prætulimus, Deum per ſubiectam creaturam, eãdemque corpoream hoc

in loco apparuiſſe Moyſi. Concludentes igitur reliquimus abſque dubio, Deum ſe oſtendiſſe Moyſi non per ſuam ſubſtantiam, quæ cum ſit inuiſibilis & incõmutabilis, nequit videri ab homine, ſed per aliquam ſpeciem creaturæ, mortalium oculis apparuiſſe aliquando, Et ſic ex præmiſsis, hic & alibi pluries habitis, pacatæ reddun tur prænotatæ ſententiæ initio adductæ.

CONTRAPO. XXXVII.

4.R.8. *ELiſeus ueridicus ſanitatem regis Siriæ denuntians.*
Eliſeus mendax ſanitatem eiuſdem regis pronuntians.

Si ſanitatem regis Siriæ denuntiauerat Eliſeus dum Azaeli nuntio reſpondens, dixit. Dic regi quia ſanaberis, cur eo in loco oppoſitum ſubintulit dicens. Porro dominus oſtendit mihi quia morte morietur? quomodo verum erit, ꝙ ſanandus eſſet, quem dominus iam oſtenderat moriturum eadem infirmitate? Nec obſtat, quia moriturus erat alio tempore, quoniam pro eodem tẽpore videtur ſtare prꝫnotata litera. Quibus reſpõdendum arbitramur dicentes, ꝙ diſſonantia ſenſus harum ſententiarum videtur ſequi ab illa Hꝫbraica Syllaba, LO, quæ biffariam formatur, ſeu ſcribitur, formatur enim aliquando per lamed & uaf. & tunc repreſentat interpretatũ hoc pronomen. Ei, iuxta quem ſenſum, ſi ſententia intelligatur refferenda eſt ad ſpeciem languoris, quo rex Siriæ tenebatur, a quo, cum non eſſet mortalis languor ſanandus erat, & ſic verum denuntiauit propheta dum ait. Vade & dic ei. Sanaberis. Aliquando Syllaba. Lo. ſcribitur per lamed & aleph, & tunc cum ſit aduerbialis negatio idẽ ſignificat ꝙ. NON. quo ſtant, hæc ſyllaba refferenda

ferenda eſt ad id quod ibidem ſequitur, dum dicitur, ꝙ ſtragulo interiit & tunc propheta minus erit aſcribendus mendax, ſed veridicus vtrobiq;. Sanandus enim erat rex Sirię ab illa infirmitate, nec moriturus morte naturali, moriturus tamen erat morte violenta, hoc eſt, per ſtragulum ſuffocandus. Conſtat igitur quoniam longitudine temporum ſeu ſcriptorum vitio deprauata fuerit illa dictio, lo, ob quod variū generauit ſenſum. Quapropter, ne huiuſmodi literam confuſam relinquamus concludentes dicimus ꝙ rex Siriæ ſanandus erat ab illa infirmitate, ſed moriturus morte violenta, prout ſibi euenit, vt litera ſonat, Et ſic ſeruantur ſententiæ initio adductæ ab omni contradictione illeſę.

CONTRAPO. XXXVIII.

Chriſtus teſtatus eſt apoſtolis Lazzarum nō eſſe mortuū. Chriſtus infra manifeſtauit eundem mortuum eſſe. Ioā. 2

Si Chriſtus de Lazzaro allocutus apoſtolos, dixit ipſum non eſſe mortuum ſed dormientem, ait enim Lazzarus amicus noſter dormit, cur illico paucis interpoſitis, oppoſitum ſubintulit dicens, Lazzarus mortuus eſt? Clarum enim eſt, ꝙ mortuum & non mortuum contradictorie ſe offerunt, de quolibet enim dicitur eſſe vel non eſſe & de nullo ambo ſimul, quid igitur ad hæc dicturi ſumus? ſi ipſa vnica veritas in ſeipſam, (vt cernimus) contraria eſt, ad quem alium confugiemus, vt illi adhibenda ſit fides? Ne igitur & has confuſas relinquamus, pręter id quod in priori parte diſcuſſum reliquimus, de huiuſmodi Lazari domitione locuti, pręmittendum placuit multifariam ſomnorum ſpeciem vt poſtmodum

harum ſententiarum conciliatio clarius eluceat, Somnus enim in ſcripturis ſacris, interdum accipiens pro ſomno naturali, qui bonis & malis cōmunis eſt. De hoc enim ſomno Auguſtinus locu-
Auguſt. tus dicit. Ideo Deus donauit ſomnū corpori, quo reparantur membra, vt poſsint vigilantem animam ſuſtinere. Interdum accipitur ſomnus pro ſomno peccati. Sic enim accepit ſomnū Paulus,
Ro. 13. dum Romanos allocutus, hortatus eſt dicens. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Et iterum di-
Ephe. 5. xit alibi. Surge qui dormis. Aliquando accipitur ſomnus pro ignauia quadam, prout acceperat Eſaias dum dolens ignauiam procerum iſrael ait.
Eſa. 56. Speculatores eius cæci, omnes dormientes. Interdum accipitur ſomnus pro quiete contemplatio-
Can. 5. nis, iuxta illud. Ego dormio et cor meum uigilat. Aliquando accipitur ſomnus pro ſapore quo beati & ſancti omnes perpetuo ſopiuntur in patria, Quem ſomnum, hæreditatem, ſeu mercedem domini vates regius appellandum cenſuit, dum ceci-
p̄s. 126. nit in p̄s dicens. Cū dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas domini filij merces, Interdum accipitur ſomnus pro labili ac mūdana proſperitate, qua diuites & carnales homines ita delectantur ac ſummerguntur, vt penitus in illo conſopiti videantur. De hoc enim ſomno propheta regius ua-
p̄s. 75. ticinio præuentus, cęcinit in p̄s dicens. Dormierūt ſomnum ſuum omnes viri diuitiarum, et nihil inuenerunt in manibus ſuis. Vltimo loco in ſcripturis ſacris accipitur ſomnus, pro corporali morte, quam nemo hominum, quamuis ſanctus & innocens, poteſt euitare, ob decretum iam poſitum &
Heb. 9. diuulgatum. De hoc enim ſomno, & non de alijs ſuperius dictis, locutus eſt dominus cum apoſto-
lis

lis dum ait: Lazarus amicus noſter dormit, & infra. Vado vt a ſomno excitem eũ. De exci atione enim huius locutus Ambroſius ſanctus ait: Nemo tam facile quempiã a ſomno delecto excitat, quam facile Chriſtus excitat de ſepulcro. Sõnum enim hanc, corporalem mortem Lazari appellandam duximus propter citiſsimam futuram eius reſurrectionẽ. Nam quamuis Lazarus alijs eſſet mortuus, domino tamen dormiebat. Ob eãdem cauſam & ſcriptura, ſanctos dormire dicit, non ꝙ omnino dormiant, ac nihil de ſeipſis vel alijs ſciant, ſed quia ſuo tempore certiſsime reſurrecturi ſunt. Dum enim Chriſtus Lazarũ dormire, nec mortuum eſſe dixit, cautos nos eſſe voluit, vt hic verbis diſceremus, mortem hãc corpolem aculeum ſuum perdidiſſe, & proinde eam in poſterum, ne timeremus docuit, vt quæ iam non eſt amplius mors, ſit tantum ſomnus, & potiſsimum in ſe credentibus. Non. n. mori dicendus eſt, qui fide recta ac bonis operibus munitus, per mortem corporalem pergit ad illum, qui ſolus eſt vita & reſurrectio noſtra ob eam cauſam ſancti qui ipſum per fidem & imitationem vite ſecuti ſunt, hanc mortem non timuerunt, ſcientes ipſam non eſſe mortem, ſed ſomnus quidam, per quem itur ad vitam, non quamlibet ſed æternam. Quem ſenſum forſan ſecutus ſanctus apoſtolus ait, ſcribens ad theſa. Nolo vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habẽt, Epilogantes igitur quę ſuperius ad longum protraximus dicimus concludentes, nullam in huiuſmodi ſententijs contradictionem contineri. Profecto ſicuti in priori, Chriſto dicitur dormiuiſſe Lazarum, ita & in ſequenti illi

Io 11. Ambroſius. Cur ſancti dormire dicuntur. Io. 11. 1. Thе. 4

dormire dicebatur. Nam (vt prætulimus) quanquam ſororibus ac cæteris iudeis ſepulcrum Lazari circunſtantibus, mortuus videbatur, dormiebat tamen Chriſto, propter cittiſsimam eius excitationem, cui enim poſt corporalem mortem vita & reſurrectio illico adhibenda eſt, nullatenus cenſendus eſt mortuus, ſed dormiens. Hinc Chriſtus occaſionem præbuit ſcriptoribus Chriſtianis, vt piorum mortem, ſomnum vocarent, & locum ad ſepeliendum mortuos, cemeterium diceretur quaſi quieſcentium dormitorium & ſic pacatæ redduntur ſententiæ initio adductæ.

CONTRAPO. XXXIX.

Leu. 20. *ADulteram lapidari mandauit Deus in lege.*
Ioan. 8. *Adulteram abſoluit, qui lapidari eam mandauerat.*

Si Chriſtus qui vna cum patre prioribus temporibus adulteram lapidari mandauerat, contrarius ſibi ipſi exibuit poſtmodum, cui adhibenda erit fides? Nonne ipſe eſt, qui per quendam prophetam de ſe locutus ait. Ego ſum Deus, qui non mutor? Et iterum. Nōne ipſe eſt qui de ſuo priori
Mal. 3. aduentu ait in æuangelio. Non veni ſoluere legē,
Matt. 5. ſed adimplere? Quomodo autem legem implere dicitur, ſi quam prius lapidari mandauerat abſolutam facit? Et adhuc, Qui non ſolum opus & manum vetuit, in lege, ſed & animum & concupiſcentiam prohibere venerat dum nobiſcū viator fuit. Qui viderit inquit mulierem ad concupi
Mat. 5. ſcēdam eam, iam mechatus eſt eam in corde ſuo. Cur autem hanc ſic proſtitutam & adulteratam a ſe & per legem iudicandam & puniendam, ſic abſq; vlla punitione liberam ante faciem ſuam abire permittit? Hæc enim vt cernimus, ſatis con

fuſam

ſuſam relinquūt mētē noſtrā. Sed ſi recte ſummā capitis velimus excutere, clara luce videbimus has ſententias nullatenus in ſe diſſentire. Non.n. Chriſtus,qui legis dominus dicitur,& nō ſeruus, ſicut Moſes,hanc adulteram ſine pęnitentia a facie ſua,liberam abire permiſit.Qui eunti mandauerat dicens.Noli amplius peccare. Verbū vtiq; magnæ uirtutis et efficatiæ.Sicuti enim incaſſum ſumitur medicina,ſi poſt inſtauratam ſanitatem, per vitæ incontinentiam qui conualuit, in priſtinum incidat morbum,quinimo relapſus in egritudinem periculoſiorem eſſe ſolet, & quos prima valitudo aduerſa non extinxit,ſępius iterata, poſt redditam incolumitatem egrotatio ſuſtulit è vita.Sic & fruſtra penitentiæ remedium ſumitur,ſi poſt eam peractam ad priſtinæ vitæ ſordes reditur.Hinc ad languidum ſanatum Chriſtus dixit.Noli amplius peccare,ne deterius tibi contingat.Non itaq; dicendum eſt,ꝙ hanc damnauerit, nec minus, ꝙ abſolutam ſine pęnitentia abſoluerit.Non inquam damnauit,quoniam non perdere,ſed ſaluum facere venerat quod perierat vt atteſtatus eſt Lucas,nec hanc in totum hanc proſtitutam, abſolutā reddidit, ne videretur damnare legem & gladium ſecularem,quo rei puniuntur, Ne ve facinoroſi: putarent ſe puniri non debere neq; poſſe per poteſtatem,Quam timere & reuereri mandauerat Paulus in ſuis epiſtolis.Porro licet euangelium cum ſit totum aqueum,& clemētia plenum, non adminiſtret gladium, gladij tamen auctoritatem non interdicit,ſed concedit,his videlicet, qbus incūbit ex officio miniſtrare iuſtitiā et reos ac trāſgreſſores punire. Ratū enim habere vult Chriſtus ꝙ gladius in rebus ciuilibus

Ioan. 8.

Chriſtus dominus legis.

Ioan. 8.

Ioan. 5.

Luc. 19.

Ro. 13.

gladiū i ciuilibus nō prohibuit xp̄s.

ad cōmunem reipublicæ vtilitatem decernit. Nō enim gladij ad euangelij munera in ſe contrarij eſſe debent. Nam alterum quoniam ciuile eſt, iccirco externam duntaxat pacem, vt conſeruetur habet pro obiecto. Alterum vero quoniam è cœlis collatum eſt, iccirco ueram conſcientię pacem, ſe obſequentibus adminiſtrat. Plectit quidem gladius ſontes ſed duntaxat quantū ſatis eſt ad rēpublicam pacem. Non autem plectit quantum ſatis eſt, ad facinoris expiationem coram iudice Deo. qui interna & occulta conſcientiæ iudicat. Hæc lex iccirco punit peccata & facinora, ꝙ gladij pena ſit pro peccato ſatisfactoria et plena expiatio. Sola enim mors Chriſti eſt plena ſatisfactoria pro peccatis omnium & ſingulorum: Sed puniuntur ſontes gladio, vt malum auferatur de medio populi, ne impunito facinore, populus ſequatur malum. Peccatum enim impunitum, non agnoſcitur eſſe peccatum. Lex enim ea peccata ſola punit, quæ pacem publicam turbant, nec punit pro qualitate delicti, ſed quantum ſatis eſt loco & reipublicæ. Reliqua autem quæ pacē publicam non pertnrbant, etiam ſi rectiora ſint, relinquit iudicio Dei punienda, veluti ſunt inuidia odium, & ſimilia, quæ tribunali iuſtitię Dei diſcutienda & iudicanda relinquuntur. Et ſi ad ſpiritalem ſenſum, quæ ſupra memorauimus velimus deducere, audacter dicemus, ꝙ non ſolum per legem veterem, verumetiam per nouam, adulteram, ſpiritalem, hoc eſt, animam noſtram, quę per peccatum adulteratur lapidari iubemur & tenemur, ſi caſtos inueniri deſideramus apud Chriſtū ſponſum noſtrum. Adultera enim iuxta Ethimologiam vocabuli ab adolendo, nulli dubium eſt,

Marginal notes: mors xpi ſola ſatiſfactio. — Lex quę peccata puniat. — Adultera vnde deſcēdit.

Quoniam

Quoniam ſic per luxuriam adoletur & crematur interius ſemina, vt exinde in adulterium promoueatur, Quapropter, ſicuti carnalis mulier relicto proprio viro, alieno ſe ſponte tradit, cum quo & adulterinos perpetrat concubitus, viroq; ſuo deſpecto, abhominabilis redditur, doteq; & hæreditate priuatur, poſtremo iuxta legis decretum traditur lapidanda. Sic & anima noſtra, quæ ſponſo Chriſto ĩ baptiſmo copulata fuerat. Si hec inquã, ſuggeſtionibus ſathanicis ac carnis tẽtationibus mota, adultero Diabolo, mundo, & carni, per diuerſa peccata ſe miſerabiliter copulauerit, non ſolum proprio ſponſo Chriſto abhominabilis efficitur, ſed etiam dote ſuæ gratiæ exuitur, & priuatur. Demum inferni carnificibus merito traditur lapidanda, & cruciãda perpetuo. His autem ad plenum habitis, ſententiæ initio adductæ concilia te redduntur. aĩa quãdo adulterati dr̃.

CONTRAPO. XXXX.

C*Hriſtus non veſcebatur cum oculo ſuperbo & ſublimi.* p̃s. 100
Chriſtus econuerſo, veſcebatur cum ſuperbo oculo.

Si vates regius, voce Chriſti locutus in p̃s, ait. Mat. 9
Oculo ſuperbo & inſatiabili corde, cum hoc non edebam, cur in altero teſtamento contrarium ſe obtulit? Euangeliſta enim de Chriſto locutus, atteſtatus eſt illum, conuiuatum fuiſſe cum Phariſeo quoddam ſuperbo et inuido, qui ipſum domi num ad cenã inuitauerat. Quomodo ergo, vt cũ talibus non conuiuamur proponitur, ſi Chriſtus interdum conueſcebatur cum huiuſmodi? Huic itaq; dicimus cum peccatoribus veſcendum aliquando et cũ eiuſmodi hoĩum genere non conuiuamur aliquando, facimus tamen hoc propter

aliquam

nus nõ iactabat meuia, ſed offerebat vulnera O-culus enim ſauciatus ſuperbia, abſens eſt, etiam lu ce præſente, oculus vero ſanus, eſt pura conſcien-tia, quo Deus attingitur, licet non comprehenda tur. Quid ergo turbat oculum cordis, niſi cupi-ditas, auaritia, ſuperbia, iniquitas inuidia, concu-piſcentia, & odium. Porro Adam pater carnalis noſter, cum haberet cor humile, et ſanum oculum, gaudebat ad Dei præſentiam, poſtquam vero ſa thanica ſuggeſtione lapſus eſt in peccatum, ſic o-culus cordis eius ſuperbus effectus eſt, vt Deo æquari cuperet, & ex tunc cepit lucem formida-re diuinam. His itaque præhabitis conciliatæ red duntur ſententiæ initio adducte, quoniam licet Chriſtus veſceretur cum Phariſeo elato & ſuper bo, egit tamen hoc, vt illum ſibi lucraretur, quod & feciſſe nullatenus dubitamus. Oculus ſauciat' nõ videt lucem.

CONTRAPO. XXXII.

Quærent me mali & non inuenient me. Pro. 1
Quærite & inuenietis dicitur alibi. mat. 7

Nonne vtranque ſententiam ab illo prolatam fuiſſe nouimus, qui et patris ſapientia dicitur, qui & per anthonomaſiam veritas dicitur in ſcriptu ris? Quomodo ergo in ſeipſum contrarius appa ret, qui omniũ veritatum fons & origo celebra-tur vbique, cur itaque in poſteriori ſententia nul-la prorſus mentione facta, neque de malis, neque de bonis dicitur. Quærite & inuenietis, ſi in prio-ri ſententia mali ſic excluduntur, vt ſe ab illis nul latenus inueniendum aſſerat? An forſan bonis. et non malis dictum eſt. Quærite & inuenietis? Imo & malis eam fuiſſe dictam putamus, pro-pter id, quod paulopoſt, eo in loco ſubinſertur. mat. 7

Ait enim. Si ergo vos cũ ſitis mali, noſtris bona
Pro.1. dare filijs veſtris. Quare igitur ex aduerſo promit
titur. Quærunt me mali & non inuenient? An
forſan dominus aliud quam ſapientiam quęri ſi-
gnificabat, quando eos inuenturos ſi quærerent,
promittebat? In eo quippe ſunt omnia, quæ ab
col.2 eis qui beatos eſſe cupiunt, inquirenda ſunt, cum
Auguſt. in illo ſint reconditi omnes theſauri diuinitatis,
tanquam in ſchrinio ſeruati, vt Paulus aperuit.
Eapropter reſtat, vt Auguſtini vtar verbis, vt in-
telligamus, non omnes malos non inuenire ſa-
pientiam, quamuis eam quæſierint, ſed illos dun-
taxat, qui in tantum ſunt mali, vt odirent illam.
Sapientiam inquam, non illam, quæ de terra eſt,
quinpotius eam de qua Iacobus ille Apoſtolus
Iac.3 locutus; ait. Quæ autem de ſurſum eſt ſapientia,
primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, mo-
deſta, ſuadibilis, plena miſericordia, & fructibus
bonis. Non igitur inuenitur hec ſapientia ab eis
qui illam oderunt, ab his inquam, qui malam te-
nent vitam. Inuenitur tamen è conuerſo, a ſe quę
vera ſapientia a quibus iuenitur rentibus deuote, ſi locus, tempus, & modus ſerue
tur in quærendo. Modus autem debitus tunc ob-
ſeruari dicitur, dum quis humiliter per ſe vadit ad
illam, aut ab alio transfertur illuc, vbi ille eſt,
quem ipſe inuenire cupit quærendo. Iccirco non
miremur, ſi hac noſtra infælici tempeſtate, pauci
ſunt quærentes Chriſtum, qui eum inuenire me-
reatur. Ex eo enim, quia quęrunt eum vbi nõ eſt,
iccirco illum non inueniunt. Corde enim quæren
dus eſt, vt inueniatur. Non enim iu delitijs quæ-
rendus eſt illa, qui cum eſſet dominus omnium,
2.cor. 8. pauper pro nobis effectus eſt. Nõ in diuitijs quæ-
rendus eſt, qui in humilibus ſemper latet, & hu-
milia

milia reſpicit in cęlo, & in tęrra. Nam licet fulgeat in ſublimi, latet tamen in humili. Non itaq; inuenitur in terra ſuauiter viuentium, ſed in villi præſepio cum humili matre, et putatiuo patre. Vt igitur ille, qui eum quærit inuenire poſsit, quærat eũ pede recto & non torto, manu pura, & non immunda, oculo nitido & non liuido, ore mundo et non polluto, toto corde, & non diuiſo, vt eo ſic quæſito, & inuento, in cordis ſchrinio ſeruet, & cuſtodiat. Quære ergo illũ o homo, qui prior quæſiuit te, quære eum qui ſine fine amandus eſt. Qui enim eum, dum inueniri poteſt, non quęſiuit, in æternum eum non inueniet. Querant itaq; eũ impij, vt pij efficiantur, quęrant illum peccatores, vt ſint iuſti. Querant eum mali, vt cum bonis cõnumerẽtur. Quærendus itaq;, non in foro, ubi ſunt contentiones, & lites, ſed in cordis cubiculo, vbi ad animam loquitur. Quærendus inquam, non in principum curia, vbi eſt maxima vanitas, & vbi a militibus vilipendio habetur, ſed in humili diuerſorio, iacentem in præſepio in medio duorum animalium. Quærendus eſt dico, non in ſcholis philoſophorum, & poętarum, vbi frequenter ſunt nugę, & fabulę, & hominum opiniones, ſed in codicibus ſacris, in quibus loquitur Dei verbum, quo anima ſic paſcitur, & nutritur, vt Deum videre mereatur. Quibus intellectis ſic ſeruantur ſententię initio adductę vt nulla amplius remaneat contradictio.

Ps. 112 · Modus inueniẽdi xpm. · Deus ſine fine qrendus. · Ps. 84 · Luc. 1

CONTRAPO. XLII.

Ioannes non agnoſcebat Chriſtum.
Ego a te Debeo baptizari.

Io. 1. · Mat. 3.

Si Ioannes de Chriſto locutus dixerat. Ego nõ agnoſcebam

agnoſcebam eum, vt refert euangeliſta, cur eidem
ad iordanem fluuium venienti dixit: Ego debeo
a te baptizari? Quomodo ergo verum erit, quod il-
Ioan. 1. lum non agnoſceret, ſi in matris vtero exiſtens,
iam illum demonſtrauerat digito dicens: Ecce
ibidem. agnus Dei. Ecce qui tollit peccata mundi? Quo-
modo illum non agnoſcebat, ſi prius de illo locu
vbi ſup. tus, dixerat. Qui poſt me uenit, ante me factus eſt?
Et iterum. Quomodo eum non agnoſcebat ſi ali
bi dixerat. Qui miſit me baptizare, ille mihi dixit.
Super quem videris ſpiritum deſcendentem, &
manentem ſuper eum, ſicut columbam, ipſe eſt
qui baptizat in ſpiritu ſancto? Hæc enim vt cerni
mus, mentem noſtram perturbant, quam maxi-
me. Hanc igitur quæſtionem tractemus, hanc ru-
minemus, hanc inuicem diligenter conferamus,
vt poſtmodum has ſententias concordes redda-
mus. Ioannes enim verax erat, ſed Chriſtus veri-
tas erat, a quo Ioannes hauſerat, vt verax eſſet, et
diceretur. Quoniam ergo veracem miſerat veri-
tas, ideo Ioannes verax erat. Porro ſi ueritas eum
miſerat, uere Chriſtus eum miſerat, quia Chriſtus
eſt veritas. Quod vero Chriſtus facit, pater facit,
& quod pater facit, facit & filius, & quod pater
cũ filio facit, Chriſtus facere dicitur, nec ſeorſum
pater aliquid facit, ſine filio, nec ſeorſum facit fi-
lius ſine patre. Quoniã opera trinitatis ad extra,
vt Auguſtini vtar ſententia, indiuiſa ſunt. Non
Auguſt. enim quicquam pater facit ſine filio, nec filius ſi-
ne patre. Inſeparabilis enim eſt charitas, inſepara
bilis vnitas, inſeparabilis maieſtas, & inſeparabi
lis poteſtas. Ipſe enim ait. Ego & pater vnum ſu-
Ioan. 10 mus. Quis ergo miſit Ioannem? Si dixerimus, quod
pater eum miſit, verum dicimus ſi dicemus filius
verum

verum dicimus, manifeſtius tamen & clarius dicamus, ꝙ pater & filius miſerunt eum. Alteram vero ſentētiam explanantes dicimus, ꝙ Ioannes miſſus a Deo, ſecūdum aliquid nouerat Chriſtū, ſecundum vero aliquid non nouerat illum. Et niſi hoc intellexerimus, mendacem fuiſſe Ioannem iudicabimus. Innotuit enim illi per columbam dominus, non ei, qui ſe non nouerat, ſed ei qui in eo aliquid nouerat. Eſt enim ſpiritus nexus patris & filij, qui per columbam ſignificatur, per eū quoque, & nos vtrunq; cognoſcimus, dum viatores ſumus, & prout huic ſtatui congruit eum agnoſcere. Hinc mater eccleſia ſupplex & humilis ad illū conuerſa in himnali cantico canit, dicens. Per te ſciamus da patrem, noſcamus atq; filium. Colligimus ergo ex iam præhabitis, ꝙ licet Ioannes cognouerit Chriſtum, etiam dum clauſus in vtero matris exultaret, dum quoq; oſtenderat eum digito, aliquid tamen in eo, quod nondum plene ſibi innotuerat, columbæ deſcēſione didicit. Quod ipſe videlicet baptizaret in ſpiritu ſancto propria quadam & diuina auctoritate ſibi a patre collata. Quibus ad plenum cognitis, omni dubio ſublato, ait: Et ego uidi, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei. Et ſic pacate redduntur ſententiç initio adductæ.

Ioann. 1 · Eccleſia. · Ioann. 1.

CONTRAPO. XLIII.

Appone iniquitatem ſuper iniquitatem. (pſ. 68)
Nunquid iniquitas apud Deum? (Roma. 9)

Quis enim hominum non expaueſcat? Deo dicitur in pſ. Appone iniquitatem ſup iniquitatem ipſorum. Vnde habet Deus iniquitatem, quam apponat? Si ſummus bonus dicitur, ſummus iu-

ſtus, & ſummus verax. Quomodo iniquus eſſe poterit? Iniquitas enim iuxta ethimologiam vocabuli, quaſi non equitas dicitur, pro eo quoniam per ipſam cor & conſcientia inequalis, & inquieta redditur, Pro eo enim quia eſt cõtra omnẽ ęquitatem, iccirco Deo rebellare dicitur. Hæc autem cum ſit ita deformis, nullatenus poteſt in Deo eſſe, qui eſt ſumma tranquillitas, ſumma iuſtitia, & ſumma æquitas. Eſt enim iniquitas, iuxta aliam ſignificationem peccatum in proximum, veluti impietas dicta eſt peccatum in Deum, & in parentes. Tantæ enim malignitatis eſſe fertur iniquitas, vt niſi ab homine ſemota fuerit, ĩ abiſſum vitiorum ipſum proſillire faciet. Ipſa enim de natura ſua grauis & ponderoſa eſt, iccirco neceſſario facit hominem iniquum corruere, & de vno vitio ad aliud pertranſire. Hanc iniquitatis grauedinem in ſe ſentiens regius vates, ob peccatum commiſſum in Vriam & Beerſabeæ coniugem, dolens & meſtus dixit in p̃s. Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatę ſunt ſuper me. Iniquitas. n. malitiam facit inuenire, quoniam uir iniquus committere habet malitiam & dolum. Huic autem ſic in iuiquitate merſo dicitur in p̃s. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Profecto ſicut nihil abhominabilius dicitur mortuo, ita nihil execrabilius inuenitur homine iniquo. Vbi enim regnat iniquitas, ibi nullatenus poteſt regnare iuſtitia, & equitas, quinpotius malignitas ſumma, cum dolo annexa. Sic enim iniquitas humanam mentẽ excæcare ſolet, vt non permittat eum videre iuſtitiæ, ſolem. Dum enim ipſa abundat in corde, facit inſuperbire hominem contra Deum. His itaq̃

[Margin: iniquitas quid — 2.R.2. — p̃s.50 — p̃s.51 — iniquitas mẽtẽ excecat.]

præhabitis, ſententias initio adductas conciliãtes dicimus ad priorem, ꝙ licet Deus apponat interdum, iniquitatem ſuper iniquitatem, facit tamen hoc non vulnerando, ſed non ſanando, an potius dicas, iuſte retribuendo. Dum enim Deus ſuam ſanctam retrahit manum ab iniquis, ipſi per ſe corruunt in præceps, & demerguntur in vitiorum profundo. Quomodo enim dicitur medicum augere febrem, augere morbum, non morbum poſitiue adhibendo, ſed non ſuccurrendo febricitanti. In ipſa enim iniquitate proficere dicuntur iniqui, veluti ſcriptum eſt. Mali & facinoroſi in peius proficiunt. Porro idem ſenſus habẽdus eſt in hac prænotata ſententia, veluti habitus eſt de Pharaonis ĩduratione, cuius cor indurraſſe dicitur Deus, cum noluerit eum mollire per gratiam. Fecit autem hoc, nõn inſpirando & inſtigando, ſed gratia deſerẽdo. Cum enim Deus in libertatem arbitrij reliquerit hominem, auxilium ſibi denegans, tunc in duritiam ſui cordis illico per ſe labitur. Nam ſicuti ſolaris radius, tectus nube, cauſam eſſe dicitur excitationis cæni in hieme, ſic & cor hominis, ſole iuſtitiæ a ſe amoto, exſiccatur, nimia ſua frigiditate. Et ſic relinquuntur præmiſſe, abſque vlla contradictione illeſe.

Ps. 68

Medicus qũo augeat febrem.

Exo. 14.

Hõ qñ ĩduritiã labatur.

CONTRAPO. XLIIII.

Spiritus ſanctus mittendus a patre. Ioan. 15
Cum ipſe iero, mittam vobis eum. Ioan. 16

Si ſpiritus ſanctus, qui & paracletus dicitur, mittendus erat a patre ſuper apoſtolos, vt ipſa ueritas dixerat, quomodo verum erit quod in ſequẽti ſentẽtia ex aduerſo ſubinfertur? ꝙ (uidelicet) mittendus eſſet a filio, poſt diſceſſum ſuum ab apo-

ſtolis. Vtrunq; enim dixerat filius, & ꝙ mittendus eſſet a patre, & a ſe ſpiritus ſanctus. Dixit.n. eum a patre mittendum, dum diſcipulos allocu-
io.15 tus de huiuſmodi ſpiritus miſsione, ait: Quē mit-
io.16 tet pater. Dixit ſe hunc ſpiritum miſſurum, dum eoſdem allocutus adiecit, dicens. Dum ipſe iero, mittam eum ad vos. Porro ſi filius miſſurus erat ſpiritum, quomodo verum erit, ꝙ pater eum mittere debebat? Huic itaq; quæ nil contradictionis in ſe continere videtur, placuit dicere, ꝙ vterq; pater (videlicet) & filius miſſuri erant hunc ſpiritum, nec vnus ſine altero, ſed ambo ſimul. Nam ſicut a patre & filio hic ſanctus ſpiritus procedere dicitur, ſic ab vtroq; miſſus fuit in mundū. Neq; hic ſpiritus a patre mittitur, niſi & a filio quoque mittatur. Id autem liquido oſtenditur, dum dici-
io.15 tur in prælibata ſententia. Quem mittet pater in
io.16 nomine meo. Vide itaq; qm̄ non ibi ſuam terminauit ſententiam, dum ait. Quem mittet pater, ſed continuo eidē ſententiæ addidit. In nomine meo. Quibus verbis manifeſte innuit, ſe vna cum patre eandem habere actionem in huiuſmodi ſpiritus miſsione, veluti eſt vnica ab vtroq; proceſsio eiuſdem. Quod vt clarius eluceſceret eo in loco adiecit. Ipſe, ſupple, ſpiritus de meo accipiet. Nec te moueat pie lector, ꝙ futuri temporis eſt accipiet, quaſi nondum id in ſe non haberet filius. Indifferenter enim interdum dicuntur temporis verba, quamuis ſine tempore manere intelligatur æternitas. Nam & de eo accepit ſpiritus, quoniam & de patre iugiter procedit, & accipit. Et quia de patre ſemper procedit, ideo & de patre procedere nunquam deſinet. Quod autem dicit, ꝙ eum pater mittet, ne fortaſſe aliquis noſtrū cogitet, ꝙ quaſi
de

de inferiore dixit mittet. Abſit a fidelium mẽtibus io 15 iſta ſuſpitio. In trinitate enim illa perfecta, nõ minus aliquid, aut maius eſt. Quoniam ſi in Deo aliquid minus diceretur, imperfecta accuſaretur diuinitas. Miſit ergo pater ſpiritum, qui non migrat nec transfertur de loco ad locum, cum ſit vbique & omnia implens. Miſit filius, qui non diſcedere facit dum mittit, et a quo non ſceceditur, miſit ſeipſum ſpiritus temporaliter, cum ſit donum patris & filij. Porro quoniam ſpiritus, & Deus eſt, & donum ſiue datum, idcirco, & dat, & datur, dat quidem inquantum Deus, datur autem inquantum donum. Cum autem hæc donatio ſiue datio ſpiritus ſancti, ſit Dei operatio, communis intelligitur tribus perſonis. Non itaq; iſte ſpiritus datur ſolus a patre, & filio, ſed etiam a ſeipſo, vt prætulimus, Si ergo ſpiritus ſanctus ſeipſum dat, tunc a ſeipſo procedit, & mittitur temporaliter. Quod vtique verum eſt. Nam proceſsio & miſſio temporalis huius ſpiritus, ipſius eſt donatio, & ipſa Dei operatio, vt præfati ſumus, procedit itaq; ſpiritus ſanctus a ſe temporaliter, & a ſe mittitur, quoniam a ſe datur. Solus enim pater miſſui non legitur, quoniam ſolus non habet auctorem, a quo ſit genitus, vel a quo procedat. Et ideo non propter naturæ diuerſitatem, quæ in trinitate nulla eſt, ſed propter auctoritatem, ſolus pater nõ dicitur miſſus. Cõcludẽtes igit᷑, quæ ſupra memorauimus dicimus, ſpiritum ſanctum temporaliter mitti, non ſolum a patre, & filio, ſed etiam a ſeipſo, quanquam vt Deus, non procedat niſi a patre, & filio. Itidem arbitramur dici de filio, qui ſeipſum quoq; miſerat, dum venit in mundũ. Nec obſtat, quoniam ipſe dixit. Ante ipſo non veni,

ſpũs.ſ. & Deus dr̃ & donum.

pr̃ in diuiniscur non mittatur.

Io. 8. quoniam (vt Auguſtini vtar verbis) hoc dictum eſt, ſecundum formam ſerui, ſecundum quam non fecit, vt mitteretur, ideſt non operatus eſt incarnationem hanc, ſed ſecundum formam Dei, ſecundũ quam, eſt patri æqualis, licet ſecundum aliam ſit

Io. 14 minor patre. Ea propter dum dicitur per prophetam. Filius datus. Nſtēditur datus gratia trinitatis vt etiam ipſe filius dederit ſe. Si autem a ſe datus eſt, ſequitur, ꝙ a ſe etiam miſſus eſt. Et hoc vtique verum eſt, & oportet concedi, cum eius miſsio ſit diuina operatio, quę tribus perſonis ab extra cõ-

filius dupliciter mittitur munis eſt. Et ſicut filius duobus modis dicitur mitti, vno (videlicet) quo viſibiliter apparuit, altero quo inuiſibiliter a caſtis mentibus percipitur. Ita & ſpiritus ſanctus a patre & filio, & a ſeipſo duobus modis procedere ſiue mitti, ſiue dari dici-

Actuũ. 1 tur, vno viſibiliter, altero inuiſibiliter. Datus eſt viſibilis, creaturæ demonſtratione, ſicut in die Pẽthecoſtes, alĳsq; vicibus. Datur quotidie inuiſibiliter, illabendo fidelium mentibus. Dicis autem,

Io. 16 cur iſte ſanctus ſpiritus non fuerit miſſus viſibiliter ante diſceſſum Chriſti ab apoſtolis? Huic reſpondere poſſemus dicentes, ꝙ nondum ad ple-

Col. 1. num maledictum, ſublatum fuerat, neque ſolutum peccatum. Oportuit enim prius inimicitias diſſolui, noſque Deo reconciliari, inde tunc donum iſtud ſacrum accipere. Sic enim fieri decreuerat illud diuinum & ſupremum concilium.

Et ſic pacatæ intelliguntur prænotatæ ſententiæ initio adductæ.

CON-

CONTRAPO. XLV.

P*Ater ſanctificauit filium ſuum.* Io.10
Ego ſanctifico meipſum. Io.17

Si pater filium ſanctificauerat, vt ipſemet atteſtatur in æuangelio, dum Iudeos alloqueretur, quomodo verum erit quod ex aduerſo ſubinfertur in poſteriori ſententia ꝙ (videlicet) ipſe filius ſeipſum ſanctificauerit? Videntur enim præmiſſæ ſententiæ ad inuicem repugnare, ſed ſi penitius introſpexeris quæ vtrobique precedunt & ſequuntur, optime eas conciliabis, & minime illas diſſentire intelliges. Dum enim Chriſtus conqueſtus de iniuria contra ſe illata Iudeos alloqueretur, dicens. Quem pater ſanctificauit &c. His verbis innuit ſe Deum eſſe, & filium Dei. Et ne quis putaret, non aliter eum filium Dei eſſe quam cæteri homines, adoptione (videlicet) vel nuncupatione tantum, Deum patrem ſuum eſſe, ſpeciali modo nominauit, dum ſe ab illo ſanctificatum, dixerat. Ioan.10 Sanctificauit autem pater filium, non ꝙ unquam ille ſanctus non fuerit, ſed quia ſanctum illum genuit, atque vt ſanctus eſſet gignendo ei dedit. Deinde ſanctificauit eum ſecundum humanam naturam in eo, ideſt cum ſanctitate immunitateq́ peccati eum incarnari conſtituit. Iuxta illud. Luc.1 Quod naſcetur ex te ſanctum. Prætereа ſanctificauit eum, hoc eſt, ſanxit & conſtituit ipſum ſanctificari, & offerri in oblatione pro ſalute mundi. Aliam vero ſententiam ſic ennodandam placuit dicentes, triffariam eam intelligendam eſſe. Dum enim Chriſtus ad patrem conuerſus, ait. Et pro Io.17 eis ſanctifico meipſum, voluit dicere. Pro eis me ſanctifico, hoc eſt, ſancta opera facio, per quę me-

reor eis gratiam & gloriam. Omnia enim opera ſua, & etiam paſsiones retulit ad beneficium & profectum noſtrum. Secundo ſanctifico meipſum, hoc eſt, ſanctum me oſtendo & prædico ad ipſorum ædificationem, & informationem, vt (videlicet) eo citius in me credant, ideo oſtendo me eſſe ſanctum ſanctorum. Tertio ſanctifico meipſum, hoc eſt, ſanctum ſacrificium offero meipſum, quod et fecit, quando tradidit ſeipſum pro nobis oblationem et hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Cæterum quamuis clarius fuiſſet, ſi dixiſſet. Pro eis ſacrifico, ſeu offero meipſum, Maluit tamē dicere, ſanctifico. Quo uerbo, primo innuit ſe ſordidum fuiſſe. Dicendo autem pro eis, non ſuis, ſed alienis ſordibus, ſe ſorduiſſe clare diffinit. Id quod Eſaias clare exprimit, dum vice omnium noſtrum, ait: Omnes nos quaſi oues errauimus &c. Et dominus poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum. Sit itaque huius ſententiæ clarus ſenſus. Et pro eis ſanctifico meipſum. Ideſt eos in meipſo ſanctifico, cum & ipſi ſint ego. Sanctifico inquam, vt & ipſi ſanctificati ſint in veritate, hoc eſt in me, qui ſum eorum caput, & ipſi ſint membra mea. Sanctificari enim dicuntur in veritate, qui hæredes ſunt noui teſtamenti, cuius veritatis vmbræ fuerunt ſanctificationes veteris teſtamenti. Hanc autem internam ſanctificationem, quæ omnium dignior eſt, deprecatus eſt Chriſtus pro nobis, dum eo in loco ad patrem conuerſus, ait: Sanctifica eos in veritate, hoc eſt, Sanctifica eos in me, qui illorum via ſum, veritas, & vita. Quibus ad plenum habitis, prior ſentētia ſequenti non contradicit, quoniam aliter pater ſanctificauit filium, & aliter filius ſeipſum ſanctificat in

Dan. 9 — Eph. 5 — Eſa. 53 — 1. cor. 6 — Tit. 3 — Ioā. 17. — Io. 14

membris ſuis, vel rectius dicas, ſanctificantur fideles in ipſo, quoniam, teſte Paulo, ipſe eſt iuſtitia et ſanctificatio noſtra. 1.cor.1.

Mat. 20

CONTRAPO. XLVI. Rom. 9

Multi ſunt vocati pauci uero electi.
Quos vocauit, hos & iuſtificauit.

Si de vocatis a patre Chriſtus locutus, paucos eligendos eſſe dixerat, cur Paulus in cuius pectore ipſe Chriſtus reſonabat, de vocatis pariter locutus, nulla prorſus facta exceptione, auſus eſt dicere, vocatos iuſtificandos eſſe? Quare itaque hanc præceptoris ſui ſententiam ſic protraxit, & non potius reſtrinxit, ueluti Chriſtus fecerat, dum de vocatis loqueretur? Hæc enim mentem noſtram quam maxime perturbant. Sed ſi interiorē ſenſum harum ſententiarum velimus introſpicere, clara luce videbimus, diſcipulum non fuiſſe diſcordem a præceptore. Dicamus itaq;, ꝙ licet iuſtificandi non ſint, niſi qui a Deo vocati fuerint, tamen non omnes qui vocati fuerunt iuſtificandi veniunt, ſed duntaxat qui fuerint vocati, ſecundum propoſitum voluntatis Dei. Hos enim teſte Paulo, ſolummodo decreuit Deus conformes fieri imaginis filij ſui. Hoc autē propoſitum Dei ad præſcientiam, & ad prædeſtinationem eius pertinere arbitramur, vt Auguſtini verbis vtar. Nec Deus aliquem prædeſtinare dicitur, niſi quem præſciuerit in ſe crediturum, & ſecuturum hanc ſuam ſanctam vocationem. Hos & electos vocauit Chriſtus in priori ſententia. Quibus ſic vocatis ſecundum propoſitum, diſpoſuit fidem dare & gratiam, eiſque in bonum cooperari. In his enim ſic vocatis, præſcientia Dei falli non poteſt. Quos Auguſt. Mat.20

& ſolos ſaluendos nouit ille de quo dicitur. No-
2.Ti.2 uit dominus, qui ſunt eius, quos ſupple, hac ſan-
Mat. 25 cta vocatione vocauit ad regnum, eis paratum
ab origine mundi. Hi enim proculdubio ſaluabũ
Rom. 9. tur, cum omnino illos ſaluare decreuerit Deus
ps.17 voluntati enim eius quis reſiſtit. Ait enim ille ſan
ctus propheta. Saluum me fecit, quoniam voluit
me. Quanquam hæc vocatio, quam prætulimus,
Rom. 9. non noſtris meritis, ſed ſolæ miſericordiæ & be-
ueuolentiæ ſuæ aſcribenda ſit. Ipſe enim (teſte a-
poſtolo) vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quę
ſunt. Nec quiſquam bonum velle poteſt, niſi pri-
mum ſic vocetur, & cum poſt vocationem
voluerit, non ſufficit voluntas eius, nec cur-
Paulus ſus, niſi & Deus vires præbeat, & perducat
eum, quo vocat. Non enim volentis nec curren-
tis, inquſt, ſed miſerẽtis eſt Dei. Ad harum itaque
conciliationem deuenientes dicendum placuit, ꝙ
pauli ſententia initio adducta, non repugnat prę-
cedenti, quoniam forſan Paulus in illa, non ſe ex-
tendit ad omnes vocatos, ſed duntaxat ad quoſ-
dã priuilegiatos, ſi fas eſt dicere. Ait enim. Quos
vocauit. Vide quomodo ſuæ ſententiæ non inſe-
ruit hoc pronomen OMNES. Sed illico ſub
iungit dicens. Hos & iuſtificauit. Stat enim ꝙ
multi alij vocati fuerint a Deo, p̃ter iſtos ſic ſele
ctos, quos dixerat, & non ſint iuſtificandi. Quo
Mat.20. ſtante, ſenſus ſententiæ Chriſti quæ dicit. Multi
ſunt vocati pauci vero ælecti, non opponitur ſen
tentiæ pauli dicẽtis, ꝙ Deus vocatos, ſupple quoſ
dam, iuſtificabit. Quibus viſis & diſcuſsis, liqui-
do patet harum ſententiarum conciliatio, quo-
niam quos vocatos & ælectos dixerat Chri-
ſtus in priori ſententia, hos eoſdem iuſtifi-
can do

candos atteſtatus eſt Paulus.

CONTRAPO. XLVII.

V*os eſtis lux mundi.* Matt. 5.

Non erat ille lux. Ioan. 1.

Si Chriſtus de apoſtolis locutus, imo et de quo libet fideli in ſe credente, dixit. Vos eſtis lux mundi, cur alter euangeliſta, dum de Ioanne ſermonē haberet, negauit eum lucem eſſe? Non enim putandum eſt, ꝙ ſanctus iſte Ioannes, qui ſpeciali prærogatiua, in matris vtero ſanctificatus fuerat. Qui, & teſte Chriſto, inter natos mulierum, maiorē ſe non habuit, expers fuerit huius muneris, ne & ipſe vna cum apoſtolis lucem mundi eſſe diceretur, cum ipſe eſſet ſpeculum, forma, & diſciplina, omnimode ſanctitatis, omnibus ſe intuentibus ſuo tempore, Quid ergo dicemus vt & has ſententias conciliemus, ſi enim tanto ſplendore decoratus fuerat Ioannes in ſuo ortu, vt nemo maior illo in genere hominum inueniretur, quomodo lux non erat? & ſi non illa, quæ omnem hominum illuminare dicitur, ſaltem illa quæ apoſtolis æquiperari poterat. Eapropter, licet & hanc ſententiam de Ioanne prolatam, iam explanauerimus in priori parte noſtri operis, nihilominus quoniam alia non ſpernenda, modo ſe obtulerūt, iccirco his iam dictis, & hæc addenda putauimus dicentes, ꝙ Ioannes vna cum cæteris ſanctis & electis Dei, in comparatione illius cœleſtis luminis, quod eſt verum lumen, a quo omnis creatura haurit, non ſint dicendi lumina, cum deficiant in infinitum ab illo, imo nec ipſi filij Dei, hoc eſt angeli, qui puri actus dicuntur, lumini illi primario comparari quæunt, quoniam & hi, id quod habent

Luc. 7.

Io. 1

bent

bent luminis,ab illo hauriunt, Nec obſtat, quo-
niam inferiores angeli a ſuperioribus accipiãt, vt
Dioniſi. ſanctus ille Dionilius atteſtatus eſt, quoniam &
iſti & illi,ab illo ſupremo ſuſcipiunt, ſine quo in
caligine maxima eſſent. Nos autem quamuis cre
damus & ſidem adhibeamus lumini,ſic illumina
to & participato ab illo ſupremo, veluti prophe
ſanctis tæ Apoſtolo,& cæteris ſanctis,qui ſpiritu ſancto
q̃uo cre illuminati & illuſtrati doctrinam ſanctam,catho
dẽdum. licam, & veram tradiderunt nobis, ſic tamen il-
lis credimus, vt non in illis noſtram terminemus
credulitatem,quinpotius ſic illis credimus,vt nos
vna cum illis credentes illuminemur pariter,non
ab illis,ſed cum illis, ab illo æterno & infinito lu
mine,quod neſcit occaſum,cum illud ſolum ſit ue
rum lumen,quod nuſquam extinguitur,cæteri ue
ro tenebræ,illi comparati. Quod quidem lumen,
ſi a nobis receſſerit, quod fit dum peccamus, ſed
magis dicas, ſi ab illo nos receſſerimus, in tene-
bris & in maxima caligine neceſſario remanebi-
mus,ſi vero e contrario ad illud humiliter acceſſe
ps.33 rimus,non de noſtro,ſed de ſuo lucebimus. Inquit
enim ille ſanctus propheta. Accedite ad eum,& il
luminamini.accedite,ſupple, credentes quoniam,
Heb. 2. teſte Paulo,oportet accedentem ad Deum crede-
Io.12. re. Hanc quippe lucem ſequi,ac in illum ambula-
re,nobis præcepit ille,qui ſe ſequentibus,ait: Am
bulate dum lucem habetis,vt filij lucis ſitis. Recu
ſat enim filium lucis effici, qui per abruta vitio-
rum & tenebrarum incedit. Ambulemus itaq; in
hanc lucem,vt hic per gratiam illuminati, merea
mur poſtmodum illuminari per gloriam, illo lu-
ps.35 mine,de quo dicitur. Et in lumine tuo videbimus
lumen , quod quidem nobis figurat illud obie-

ctum

ctum beatificum,quo beantur omnes,qui ſunt in patria.Quibus ad plenum viſis liquido apparet, quod licet Ioannes vna cum apoſtolis & cęteris ſanctis Dei,dicendi ſint lumina mundi fuiſſe, non tamen erant illud vnicum,a quo illi participarunt, vt ſic illuminati,tanquam lumina ſecūdaria,poſtmodum lucerent & ſplenderent in populis. Et ſecūdum hunc ſenſum intelligendam eſſe nouimus Chriſti ſententiam,quæ dicit. Vos eſtis lux mundi.Quo ſtante, ſic conciliatę redduntur ſententiæ initio adductæ,vt nulla in illis amplius remaneat contradictio.

Ioā.quō erat lumen.

Matth. 5.

CONTRAPO. XLVIII.

OCulum pro oculo dentem pro dente. Exo.21.
Nolite reſiſtere malo ait Chriſtus. Matt. 5.

Si oculum pro oculo dentem pro dente,lex mādauerat eſſe perdendum, cur ille,qui legem nō venerat ſoluere,ſic hoc iudiciale mandatum reſtrinxerat,vt diceret.Nolite reſiſtere malo, ſed ſi quis te percuſſerit in unā maxillam,prębe ei & alterā? Nonne in his ſententijs ſic oppoſitis duorum teſtamentorum differentia demonſtratur, ſed amborum ab vno tamen Deo conſtitutorum? Nam quia primo carnales homines deſiderio ardebant multo amplius ſe vindicare, quam erat illa iniuria,de qua quærebantur. Iccirco conſtitutus eſt illis primus lenitatis gradus, vt iniuriæ acceptę mēſuram nullo modo dolor vindicantis excederet. Dominus,autem, qui ſtatuto tempore ad nos deſcenderat incarnandus, veniens ex illa menſura quæ Hebraice chezet,interpretatum vero, pietatem repreſentat,ad ſummam & tranquillam pacem populum in ſe crediturum curauit dedu cere,

cheze.

ca

eapropter huic gradui leniſsimum ſuperedificauit alterum, vt qui iam audierat, non ampliorem vindictam, quam quiſq; leſus eſſet reddere, pacata mente, totum ſe donare gauderet dicens. Noli re-
Mat. 5. ſiſtere malo. Quod etiam in illis veteribus libris
ps. 17. propheta prædicat dicens. Si reddidi retribuentibus mihi mala, Et alius de huiuſmodi viro iniurias patiente locutus, ait. Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs. Paulus vero pluri-
Timo. 3
bus in locis hunc gradum patientiæ quam maxime exaltat. Ex quibus colligimus, q; ſi ad ſpiritalem ſenſum legis velimus recurrere, menſuram vindicandi, ac omnimodam remiſsionem iniuriæ, non tantum in nouo teſtamento eſſe præceptam & commẽdatam, ſed longe antea, etiam in veteri fuiſſe pronuntiatam, quamuis longe efficacior, & quoddam excellentiori modo commendata fuerit in noua lege, quæ lex perfectionis, &
Iac. 1 gratiæ dicitur, vetus vero timoris, & vltionis. Inter quas talem nouimus fuiſſe diſcrimen, quoniã illa prior, iccirco pœnam minabatur tranſgreſſoribus, quia nõ valebat conferre iuſtitiam. Inquit
Gala. 2. enim Paulus. Nemo iuſtificatur per legem, noua vero e conuerſo, hominem iuſtificatum tranſmittit ad cœlum. Illa quidem ſterili maledicebat, hæc
Mat. 19 caſtitatem ſuadens virginitatem exaltat. Inquit enim. Sunt Eunuchi qui ſe caſtrauerũt propter re-
Matt. 5. gnum cœlorum. Illa bona propria poſſe retineri admittit. Hęc autem paupertatem conſulit et commendat dicens. Beati pauperes, quoniam veſtrũ
Exo. 21 eſt regnum Dei. Illa vetus, tallionem admittebat vt prætulimus, dentem pro dente, Hæc vero, illum omnino interdicit dicens. Nolite reddere ma-
Matt. 5. lum pro malo. Illa inimicum oderat, Hæc illum dili-

diligendum præcipit dicens. Diligite inimicos ueſtros. Illa iuramentum admittit, hęc omnino illud uetat, & prohibet dicens. Nolite omnino iurare. Illa occidendi factum prohibet, hec etiam occidēdi propoſitnm vetat. Illa fornicandi actum, ſed non fornicandi deſiderium prohibet, hęc autem vtrunq; interdicit dicens. Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mechatus eſt &c. Illa iuſtitiam, hęc autem gratiam adminiſtrat. Illa mortem, hęc vero vitam, & non quamlibet, ſed ęternam promittit, In illa pręualet timor & ultio, in iſta pax & amor. In illa dura ſeruitus, in noua libertas ab apoſtolis prędicatur, et multa alia quę enarrare longum eſſet, in quibus liquido oſtenditur, legem nouam pręſtitiſſe væteri. Quibus ad plenum viſis, ſic conciliatę redduntur ſententię initio adductę, vt nulla in illis amplius remaneat controuerſia.

Matt. 5. Marc. 5. drīa īter legē veterem et nouam. Iaco. 1.

CONTRAPO. XLIX.

B*onum eſt non manducare carnem neq; bibere vinum.* Rom. 14
Nihil reiiciendū eſt, quod cū gratiarū actione percipitur. 1. Ti. 4.

Si hic ſanctus Apoſtolus Rom. ſcribens mandauerat non manducare carnem neq; bibere vinum, cur ſcribens diſcipūlo diſsimilis ſe habuit? Non enim prænotatę ſententię contrarium ſenſum continent, niſi obtenebratis & fuſcis mentibus carnalium hominum, qui interna diuinę ſapientię penetrare minime poſſunt. Cernens enim apoſtolus, quoniam multa caro immolatitia in macello vēdebatur Romę ſuo tempore, multūq; vinū libabatur, dijs gentium, ob quod non nulli fratres Iudei infirmiores, conuerſi (videlicet) ad Chriſtianiſmum, qui non adhuc ſtabiles erant in fide

fide,ſcandalizabantur,dicentibus ſibi infidelibus.
Hoc imolatum eſt idolis Iccirco Paulus gẽtilem
conuerſum allocutus,optimum putauit dandum
Rom. 14 eſſe conſilium dicens.Bonum eſt non manducare
carnem,neq; bibere vinum. Quaſi diceret Apo-
ſtolus. Melius eſt tibi o gentilis, qui Dei gratia,
iam perueniſti ad agnoſcendum & diſcernẽdum
diem a die, Melius,inquit,tibi eſt a carnibus & ui
no abſtinere in præſentia iudei credentis, qui ad-
huc in fide infirmus eſt,quam in aliquo illum ſcã
dalizare.Habet enim hæc dictio BONVM hoc
in loco comparatiui ſignificationem. Nam licet
carnem manducare,& vinum bibere, non ſit in
ſe malum, cum ſit connaturale homini ſe ſuſten-
tanti,Eſt tamen interdum malum, dum quis ad-
huc in fide debilis,manducantem te cernens ſcan-
dalizatur. Scandalizatur autem dum videt te mã
ducare,aut bibere id,quod immundum eſſe depu
tat, vel cum contriſtas eum ex hoc, quoniam in
præſentia eius cibos comedis, quos ille abhomi-
vbi ſup. natur.Bonum ergo dicit eſſe Apoſtolus,ab his ſe
abſtinere, ne frater in hoc offenſus, perturbetur,
neſciens quid teneat, & ſic a fide recta diſcedat,
aut ſic infirmetur, vt dubitet. Et ſi non offendi-
tur. Infirmatur tamen, qui licet non vtiq; rece-
1. Ti. 4. dat, incipit tamen dubitare. Nec ſequens ſenten-
tia priori contrariatur, quoniam alio ſenſu locu-
tus eſt Apoſtolus in prima, & alio in ſequenti.
Ne ergo dicit Paulus, ſis fratri tuo offendiculo,
quem edificare teneris verbo,et exẽplo. Abſtine-
ergo te,ab huiuſmodi manducatione.Porro cum
Rom. 14 hæc prior ſententia diuulgaretur.Bonum eſt non
edere carnem,nec bibere vinum, quidam creden-
tium, etiam non nulla ſimilia creaturarum Dei,
& quas

& quas voluerant eſcas immundas eſſe iudicabant. Quidam vero e cõuerſo, audientes omnem creaturam Dei, bonam eſſe, & nihil reijciendum, quod cũ gratiarũ actione a fidelibus ſumebatᷣ, in voracitatem vinolentiamq; collapſi ſunt. Nec ſibi valentes vitia auferre, neceſſarium fuit abſtinetitiæ regulam ponere, effrenatamq; gulam huiuſmodi freno conſtringere, quæ hijs rebus rabidius moderatiuſq; raptari conſueuerat. Vides autem qualiter ſanctus apoſtolus, potiſsimum hoc mandat ſcribens Rom. ne frater infirmus offenderetur idolioq; communicaretur, hoc itaq; fine, hac cauſa, a carnibus & vino abſtinere mandat, ad comprimendam ſcilicet delectationem, quæ maxime in his cibis haberi ſolet, atque in tali potu vſque ad ebrietatem peruenire, propter illa quæ idolis ab infidelibus ſacrificabantur, & libabantur. Et quod maxime commendandum eſt propter charitatem, nec non & ad tollendam infirmitatem debilium in fide ab hijs continentium. Vides hic qualiter ſanctus apoſtolus charitate feruidus & rubicundus, ne puſillis, & ad huc infirmis in fide, ſcandalum præberetur Rom. ſcribens, commẽdat bonum eſſe interdum non manducare carnem neque bibere vinum, dum videlicet fratris infirmi conſcientia leditur aut conturbatur. Cur igitur non nulli noſtre tempeſtatis inſurgentes ganniunt dum de delectu cibi loquentes, dicunt. Eſca non commendat nos Deo: & conſequentiam ex hac Pauli ſententia ſuo modo extrahentes inferũt ſubijcientes. Quoniam omnis creatura Dei bona eſt. Agitur enim modo poſt quinquageſimum annum, q; ceperunt quidam, non recte ſentientes dogmatizare & ſinagogam colligere & vt ita

1.Ti. 4

Rom. 14

dicam, iudaizare. Ceperunt inquam, eccleſiã exire, quærere, palpitare paſsim auſcultare dicentes. Ecce hic eſt Chriſtus. Alij econtra ibi eſt, populiſque ſuadentes aiebant. Sectamini nos ſi vultis Chriſtiane viuere. Veterem enim eccleſiam, vobis proponimus, ſine ruga & ſine macula, prout nobis apoſtoli tradidere, quam hucuſque corruptam & dilaceratam cernitis, tot pontificijs et infinitis ſuperſtitionibus offuſcatam hanc itaque abijcite procul, & illam veterum tenete quæ bona & ſancta nobis offertur. Quam & nos retinẽtes uobis anuntiamus. O quam male ab his retinetur eccleſia, ſi non aliter retinetur, quam a ſuis falſis codicibus manifeſtatur. Quis enim ante iſtos talia in eccleſia Dei vnquam audiuit? Antea quieta erant omnia, omnia pacifica, omnia tranquilla vſque faucibus. Mille & amplius annis ſepultos ab inferis reſuſcitarunt. Iam tempore multo floruerat tota eccleſia Dei, pace & tranquillitate gaudens, eratque tota labij vnius & ſermonũ eorundem, quouſque per iſtos diuideretur, ſpiritu cooperante malo in ſectas varias, quam in vnitatem fidei ſpiritus ſanctus congregauerat, quouſque Babilonorum cepiſſent gigãtes inſtaurare conatibus, quo labore adhuc ſtudent ſed diſpari ſtudio. Et quis niſi mente captus dicat iſtiuſſcemodi artifices reedificare eccleſiam Dei? Quibus omnia incerta fluxa inſtabilia et contraria ſe offerũt. Hi.n. (vt Apoſtoli vtar verbis) licet ex nobis prodierint, ſed nõ erat ex nobis. Nã ſi fuiſſent ex nobis, permãſiſſent vtiq; nobiſcũ, ſed vt manifeſti ſint qm̃ nõ ſunt oẽs ex nobis. Si.n. fuiſſent veri eccleſiæ filij non tam eſſet eis a matre auerſa voluntas, non tam aſpernarentur dedignarenturque

a udire

audire eos,qui matrem eccleſiam ab iniurijs & a calumnijs vindicant. Nec præſumeretur ſibi tam audacem inconceſſamque iudicandi auctoritatem. Non auerterent tam ſubito altaria,ſacramenta,cærimonias,pietatis exercitia,non in tam altos ſuggeſtus ſtatuerēt idola ſua, ſed de his hactenus. Poſſunt quoque & hec, quæ in exordio harum ſententiarum dicta ſunt ad illos referri qui cauſa abſtinentię de ieiuniorum interdum alios ſcandalizant,vel certe quia cauſa guloſitatis, aut etiam, qui ſimplici animo diebus priuatis carnibus veſcuntur,vnde plurimis offenſionem generāt. His enim proculdubio bonum eſſet non comedere, quia minus caute hoc peragunt. Vnuſquiſque.n. tenetur placere proximo, idque in bonum & ad edificationem fidei, vt verbo & exemplo edificētur hi,qni adhuc in fide infirmi cernuntur. Charitas enim primum & ante omnia quærenda eſt in huiuſmodi opere. Hæc enim infirmum in fide ſuſcipere mandat, & non abijcere, propter quem ſaluandum, Chriſtus mortuus eſt, vt eo in loco Paulus ſubinfert. Quibus ſic viſis,pacatæ,redduntur ſententiæ initio adductæ. Rom. 15 vbi ſup.

CONTRAPO. L.

Poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus &c. Mat. 17.
Et factum eſt die octaua &c. Luc. 9

Magna enim ex his ſententijs diſſonantia oriri cernimus inter Matteum & Lucam,qui dominicam transfigurationem commemorantes,ſic ad inuicem diſſentire videntur, vt non appareat locus cōciliationis eorundē. Porro Matteus una cū Marco dicit. Et poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus &c. Lucas vero ex aduerſo dicit. Et factum eſt die o-

ctaua. Nā licet octonarius numerus, qui infœcundus dicitur, ſennarium cōtineat, quia maior numerus infert minorem, non tamen e conuerſo, quia ſennarius non continet octonarium, ſed ſi oculis reuelatis, has conciliare curabimus, clara luce agnoſcemus hos Euangeliſtas in euangelica Hiſtoria non fuiſſe diſcordes. Non igitur contemnendi ſunt, ſi quos mouent, ſed ratione reddita inſtruendi. Nam ꝙ Matteus vna cum Marco dicant.

Mat. 17. Marc. 9. Luc. 9. Poſt ſex dies transfiguratum dominum, nec temporis ordine, nec ratione miſterij diſcrepant a Luca, qui octo dies dicit, quoniam illi medios tātum ponunt dies. Vnde & abſolute poſt ſex dies factum commemorant. Lucas vero primum quo hæc dominus promiſit, & vltimum, qua ſua promiſſa compleuit, adiungit. Dies enim quando denuntiamus dicentes. Poſt hos dies, aliquando nō annumeramus eum in quo loquimur, & cum quo res ipſa futura eſt, quam pronunciamus vel pollicemur ſed medios poſt quos reuera plenos atque integros illud, futurum eſt. Hoc enim fecerunt Matteus & Marcus, excepto eo die, quo hęc loquebatur Ieſus, & illo quo exhibuit memoratam ip monte viſionem. Medios itaque dies intuentes, dixerunt. Poſt ſex dies, quod Lucas enumeratis finalibus, ideſt primo atque vltimo dixit. Poſt octo dies, eo videlicet loquendi modo, quo pars pro toto commemoratur. Ideo temperantius dies octo poſuit Lucas. Et in ratione miſtica illud poſt ſex mundi etates ſanctis ab omni labo-

Luc. 9 re quieſcendum. Hic vero, tempore octauo deſignat eſſe reſurgendum. Vnde & pulcre ſextus pſalmus cuius initium eſt. Domine ne in furore tuo arguas me, pro octaua ſic inſcribitur Hæbrai

te in titulo Lamnazeach binginoth al aſſeminit. ps.6
Hoc eſt. Vincenti in canticis ſuper octauã. Quia nimirum, per ſex etates, quibus operari licet, dum viatores ſumus, præcibus eſt inſiſtendum, ne in octauo retributionis tempore, a iudice corripiamur irato. Octaua etiã die, dominus promiſſam futuræ beatitudinis gloriam diſcipulis manifeſtauit, vt & oſtenſa cœleſtis vitæ dulcedine, cunctorum qui hæc audire poſsint corda refoueat, & octonario dierum numero, verum tempore reſurrectionis gaudium doceat eſſe venturum. Nam & ipſe, octauo die, ideſt poſt ſextam ſabbati, qua crucem aſcendit, ac ſeptimam ſabbati, qua in ſepulcro quieuit a mortuis reſurrexit, & nos poſt, ſex huius ſeculi ætates, in quibus pro domino pati & laborare gaudemus, ac ſeptimam ſabbati animarum, quæ interim in alia vita geritur octaua profecto ætate reſurgemus, & ſic concordes redduntur prænotatæ ſententiæ initio adductæ.

CONTRAPO. LI.

EXibunt angeli & ſeparabunt malos de medio iuſtorum. Erit vnum ouile, veluti eſt unus paſtor. Mar. 13

Multi hanc Chriſti ſententiam, qua dicitur, in Ioan. 10
poſteriori loco. Erit vnum ouile veluti vnus eſt paſtor ſiniſtriſsime intelligunt & interpretantur, accipientes eam pro communione omnium gentium, quaſi Chriſtus dicat. Ante ſæculi conſummationem, omnes gẽtes coituras in vnam fidem, eccleſiam religionem, & rempublicam, vt non ſint tot ſectarum diſcrimina, tot ritus ſanctorum, tam diuerſi mores, tot varietates rerum, ſed unus rerum omnium ſtatus, vna conditio omnium hominum, qui ſub cœlo degunt. Hi enim conue-

niunt cæcutientibus iudeis, quorum talmudiſtæ
talmudiſtę arbitrantur ante conſummationem ſæculi coitu-
ras in vnum eſſe omnes gentes (videlicet) Chri-
ſtianos, & ij qui alij ſint, reuerſuros iudicant ad
Iudaiſmum, cognito unico Deo, quem adorabũt,
veluti ipſi collunt. Hi enim vt liquido cernimus,
toto errant cęlo, cum velamen poſitum ſit ſuper
cor eorum Nihil enim horum omnium ſignifica
1.cor.3. uit Chriſtus. Nuſquam fiet vnus ſtatus rerũ om-
nium, ſemper erunt mali mixti cum bonis, ſem-
per infelix lolium & ſteriles dominabuntur aue-
næ. Generatio enim prauorum non deſitura eſt.
Ea propter dixit Chriſtus alibi, locutus de malis.
Mat. 24 Generatio hæc non præteribit, donec omnia fiãt.
Fuerant enim boni ab initio mundi; ſemper mix
ti cum malis) vt alias pręfati ſumus). Non ergo
Io.10 de malis intelligenda eſt ſcriptura illa, dum ait.
Erit vnum ouile, ſed tantum de bonis, qui oues di
cuntur. & locandi ſunt in dextera. Non itaque, ꝙ
expectas etiam malos finaliter, ad ouile illud con
Mat. 24. gregandos, cum Chriſtus plane de illis dicat. Ibũt
hi in ſupplicium æternum. Et ſi tibi non ſatisfa-
cit vnus locus, adhibe & totum cap. Mattei &
ſatis doceberis, nuſquam deſituros malos, triticũ
& zizania, quæ in meſſe, ideſt in fine ſeculi colli-
Matt.13 getur ab angelis. Zizania enim & qui parant
Mat.8 iniquitatem, mittentur in caminum ignis, ubi erit
ploratus & ſtridor dentium, vt ſubinfertur poſte
riori ſententiæ. Igitur quandiu durabit hic mun-
dus, non erit tale ouile, quale multi ſomniarunt.
Longe enim aliud dicit Chriſtus in poſteriori ſen
tẽtia. Nempe ex iudeis, ſiue ex gentibus unam ec
Io.10 cleſiã futurã. Quod aũt oĩum electorũ vna ſit cõ
greganda eccleſia, non intelligendum eſt, ꝙ om-
nes

nes ælecti in vno loco ſint vel conuenire debeāt in hac vita,ſed ideo dicitur, vna eccleſia propter fidei,ſpei, charitatiſque vnitatem. Ipſa enim eſt vnum corpus Chriſti myſticum. Addit autem Chriſtus eo in loco,oues has a ſe adducendas, ut oſtendat,non ſatis eſſe,ꝙ oues ſint, niſi etiam in vnitate eccleſię permaneant.Sunt autem multi in hoc ouili,ſed adhuc(vt præfati ſumus)multis ma lis obnoxij, quibus ſanandis fidelis paſtor inuigi lare debet, ne lupus infernalis rapiat & dilaniet. Alij autem extra ouile degunt, vt ſunt Iudei & Maumethani. Alij partim in eccleſia partim ex- tra eccleſiam. Hi (videlicet)qui aut in fide, aut in operibus deficiunt. Omnibus his ſuccurrere ha- bet hic paſtor. Ex quibus omnibus colligitur pri mo,ꝙ nemo ſaluatur, niſi in hoc vno ouili eccle ſię inueniatur. Huius figura pręceſsit ī Arca Noę. Secundo conſequitur ex hac Chriſti ſententia, ꝙ non ſatis eſt corpore eſſe in eccleſia, niſi ouis ſis, & illum vnicum paſtorem agnoſcas.Tertio con ſequitur, ꝙ multi iam corpore ſunt in eccleſia, qui tamen non pertinent ad illud vnum ouile,& e contra iam multi non ſunt in eccleſia,qui tandē introducentur.Nec aliud voluit Chriſtus intelli- gi per iſtud vnicum ouile, niſi ꝙ paries ille inimi ciciarum qui hactenus iudeos a gentibus ſegre- gauerat demoliendus eſſet,omnium quæ electo- rum ſiue e iudeis,ſiue e gentibus,futura eſſet vna eccleſia. Hinc Chriſtus lapis ille angularis dictus eſt propterea quia duos in ſe populos tanquam parietes compleſſus eſt. Hinc & Paulus ait: Ipſe eſt pax noſtra,qui fecit vtraque vnum. Ne ergo quis putaret promiſsiones factas Abraæ, ad ſo- los iudeos pertinere, Chriſtus eo in loco addidit

Rom. 12

Nemo ſaluatur niſi ī o- uili ec- cleſie.

Io. 10

Gen. 23

Mat. 15 dicens. Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, q.d. Non te moueat lector, ꝙ Deus, Iudeorum tantum ſit Deus, quoniam ego ad oues domus iſrael potiſsimum miſſus ſum, quoniam ad
Matt. 8. huc alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili. Multi enim venturi ſunt ab oriente & occidente, qui recumbent cum Abraam, Iſaach, et Iacob, in regno cœlorum. Quem ſenſum Ioannes ſecutus eſt, dum ait. Chriſtum nõ ſolum moriturum pro
Ioan. 11 gentibus, ſed vt et filios Dei, qui diſpſi erant, congregaret. Vides itaq;, ꝙ licet gentiles nondum vocati eſſent illo tempore, quo Chriſtus dixit. Alias oues habeo &c. Tamen atteſtatus eſt illos
Mat. 25. ſe habere in ouium numero, vt oſtenderet prædeſtinatos ab æterno, veluti Paulus dixerat, ſcribẽs
Eph. 1. Epheſis. Apparet etiam, ꝙ ipſi gentiles vocandi, tanquam reponendi erant in dextera, licet ſecundum carnem non eſſent de ouili domus iſrael. Erant nihilominus de genere fidei præuiſæ de domo iſrael. Erant, inquit Auguſtinus, de prędeſtina
Auguſt. tis, licet nundum de congregatis. Hos enim nouerat Chriſtus, quos ab æterno prædeſtinauerat. Nouerat enim quos redimere ſanguine ſuo ſuſo venerat. Videbat enim eos nondum uidentes eũ. Nouerat illos nondum in ſe credentes. Habeo inquit alias oues &c. porro licet non eſſent de genere carnalis iſrael, non ob hoc erant extra hoc ouile Dei, quoniam erant in genere fidei iam præuiſæ. Hoc igitur verbo conuerſis ex gentibus, ſpes magna dabatur, vt innueretur ꝙ Deus, non
Ro.m. 3. tantum Deus Iudeorum eſſet, ſed etiam & gentium. Poſterior vero ſententia initio adducta, nullatenus contradicit priori, quoniam iam explanatum reliquimus, quomodo & quæ oues coituræ

ſint

ſint in vno ouili. Non enim fiet hoc quouſq; per durabit hoc ſæculum, ſicut non ſegregandi ſunt mali a bonis, niſi congregatis vtriſq; in vallis Io ſaphat medio, angeli ex commiſsione iudicis ſe- parabunt malos de medio iuſtorum, vt vnicuiq; reddatur, prout in corpore ſe geſſerit, ſiue bonũ, ſiue malum. Dum enim vtriq; hanc perambulãt vitam, permittuntur malos, inter bonos viuere. Pÿ enim homines iræ Dei obſiſtunt, quemadmo dum vnus Moſes toti populo ueniam obtinuit. Cum autem ſeparabuntur, iræ Dei obnoxÿ erũt. Sic cum Noæ Arcam intraſſet, ſtatim diluuium omnes perdidit. Sic cum Loth e Sodoma exiſſet, ſtatim igne conſumpta eſt. Sic recedentibus Moſe, Aaron & alÿs tabernaculis impiorum, repente terra ſub pedibus impiorum Dathan & Abiron dirupta eſt. Sic vere nec terra impios ſuſtineret, niſi pÿ inter ipſos eſſent. Eo enim modo in iudicio fiet. Nihil enim impÿ expectare poterunt ſeparati a pÿs, niſi iudicium Dei. Tunc enim loque tur Deus ad eos in ira ſua, & in furore ſuo. Noli ergo o homo a iuſtis ſeparari, dum ſuper terram viuis, ſi in iudicio ſeparari times. Et quidem digne impÿ ſeparabuntur a conſortio iuſtorum, qui ſeipſos hic ab eiſdem ſepararunt. Et ſic ex iam præhabitis patet harum ſententiarum initio adductarum conciliatio,

Ioel. 5 Mat. 13

pii hoĩes reſiſtunt ire Dei. Exo. 32 Gen. 7

CONTRAPO. LII.

Sacrificium offerendum mandatur in lege. Leu. 23.
Miſericordiam uolo, & non ſacrificium. Mat. 9.

Si Chriſtus, qui Deus erat, olim in lege ſacrificium offerendum mandauerat, cur ſic abolitum poſtmodum eſſe voluit hoc mandatum, vt dice-

Mal. 3. ceret in euangelio. Miſericordiam volo & nõ ſacrificium? Nonne ipſe eſt, qui de ſeipſo locutus, ait ore prophetico. Ego ſum Deus & non mutor? Quid igitur dicturi ſumus, vt & has ſententias ſic diſcordes conciliemus? Dicamus itaque.

Sacrificiorum duo gña in lege.

Quoniam in lege duo ſacrificiorum genera olim offerrebantur, vnum quod ſingula genera offerri mandatum erat. Aliud quod voluntarium dictum eſt. Illud igitur quod per diuerſa genera, ſiue pro peccatis ſuis, ſiue pro primogenitis offerri præceptum erat, quid & quale, & quomodo, offerendum eſſet mandatum eſt. Sacrificium vero voluntarium non vtique mandatum eſt, quoniam arbitrio remiſſum fuerat, vt ſi quis voluiſſet offerre, quod illi viſum fuiſſet offerret. De huiuſmodi enim ſacrificio loquebatur Regius Dauid, dum ait in p̃s. Voluntarie ſacrificabo tibi. Erat enim hoc genus ſacrificiorum voluntariũ, Sed quia poſt multorum annorum curricula, illud offerentes, tepidi effecti fuerant, iccirco negligenter & improuide offerre conſueuerant, et non deliberate. Quapropter Deus conqueſtus, dixit illis. Non mandaui vobis de his. Cum enim ad propitiandum Deum, hæc offerre ſe dicerent, in eo ipſo prouocabant Deum ad indignationem.

p̃s. 49 Inde ore alterius prophetæ conquæſtus, ait. Quo mihi oues holocauſti tui? q. d. illis Deus. Non enim ad hoc te feci, vt ſic in thure labores, aut vt mercareris mihi argento incenſum, nec adipẽ ſacrificiorum tuorum concupiui, in peccatis enim tuis & iniquitatibus aſtitiſti mihi. Manifeſtum itaq; eſt, ortas fuiſſe quærellas in oblationibus horum ſacrificiorum. Quoniam cum voluntarie illa offerrent, non in his Deum honorabant, cum

offerrent

offerrent indigne. Quippe quæ arbitrio ſuo offerre debuerant talia eſſe debebant, ex quibus exequium in ſe Dei oſtenderent. Sed quoniam illorum animus cupiditate plenus erat, hæc inconſiderate agebant, & ſine fructu. Iccirco duplici genere exprobabantur, quoniam videlicet & inique agentes audebant Deo ſacrificia offerre, & quę indigna erant offerrebãt. Porro iniqui actus, non ſacrificijs iſtiuſmodi redimuntur, ſed lamentatione, lacrimis, & meſtitudine cordiaca, vti docuerat ille, qui in ſeipſum expertus, ait in p̃s., Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus. Cum autem hic ritus offerendi ſacrificij voluntarij ſic infectus & maculatus perduraſſet vſq; ad aduentũ illius, qui legem perficere ſe veniſſe dixerat, execrans illa tanquam vana & indigna, Iudeos, increpans prorupit in faciem illorum dicens. Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Hoc ſupple iniuſtum & indignum, veluti vos offerre conſueuiſtis hucuſque. Ipſi enim Iudei cum iniuſti & inmiſericordes eſſent, Deum propitium fieri ſibi arbitrabantur oblationibus huiuſmodi. Sicuti & nũc fieri didicimus his temporibus a quibuſdam, qui falſo nomine Chriſti, induuntur, iuſtitiã ſpernentes ſuis ſuperſtitionibus, putantes ſe laudari et commendari huiuſmodi vanis oblationibus. Bona.n. eſt oblatio ſi iuſtitia ſeruetur, & nõ negligatur miſericordia. Altera propter teipſum, altera propter proximum. Decens enim eſt, vt quod nobis fieri petimus, dum oramus, alijs benigno prę ſtemus obſequio. Secus autem facientes, recuſamus eius filios eſſe, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. Et ſic ex præmiſsis habitis patet, qualiter miſericordia præſtabat ſacrificijs uoluntarijs,

p̃s. 50.

Mat. 9.

Oblatio nr̃a qñ bona dicatur.

Mat. 5.

voluntarijs,quæ olim offerebantur in lege.

CONTRAPO. LIIII.

Rom. 10 *Volentes ad Chriſtum trahimur.*
Ioan. 6. *Inuiti ad Chriſtum trahimur.*

Si inuiti ad Chriſtum trahimur, quomodo verum erit ꝙ volẽtes in ipſum credamus? ꝙ autem inuiti trahamur ad illum,ipſemet manifeſte oſtẽdit,dum de hac diuina attractione locutus,ait.Nemo venit ad me niſi pater qui miſit me traxerit eum.Qui enim trahitur,vt ad illum accedat, non ſponte, ſed coacte in eum credit, quoniam niſi a patre traheretur,non in filium crederet.Profecto ſi trahitur, violentia adhibetur & non voluntas excitatur.Quapropter & huic,quam non niſi per functoriam ac apparentem contradictionem videtur includere,placuit dicere, ꝙ ſicut nulla cauſa ſecunda poteſt producere aliquem bonum effectum,prima cauſa non concurrente. Ita nullus hominum in filium poteſt credere, niſi pater illũ traxerit,quoniam filius dicitur oſtium,quo pater quempiam trahit.iuxta illud.Ego ſum oſtium, ſi quis per me introierit, ſaluabitur. Ioannes vero de eius omnipotentia locutus,ait: Omnia per ipſum facta ſunt,& ſint ipſo factum eſt nihil.Quod autem filius patri ſemper cooperetur, liquido ipſe oſtendit,dum ait.Pater meus vſque modo operatur & ego operor.Nil enim operatur pater ſine filio, quoniã opera trinitatis (vt Auguſtini utar ſentẽtia)ad extra ſunt indiuiſa.Dum igitur Chriſtus dicit. Nemo venit ad me &c. Sic intelligendam nouimus eſſe ſententiam, vt eius talis ſit ſenſus.Nemo poteſt venire ad me,ſua videlicet propria virtute,ſuis viribus, niſi pater qui miſit me tanquam

[Margin: Cã ſcda & qualiter a prima depẽdeat. — Io. 10 — Io. 1 — Io. 5 — Auguſt.]

tanquam prima cauſa, omnia mouens, traxerit eum. Nec ob hoc ſequitur, ꝙ inuitus trahatur animus hominis, ſed ſponte quiſpiã accedit ad Chriſtum, amore, videlicet, & beneuolentia tractus a patre. Poteſt enim quiſpiam etiam nolens eccleſiam muratam ingredi, ſacramentum accipere, et cætera huiuſmodi inuite facere. In Chriſtum uero credere minime poteſt, niſi volens, quia non corpore, ſed corde accedit ad illum. Inquit.n. ſanctus Apoſtolus. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autẽ confeſsio fit ad ſalutẽ. Tractus igitur iſte interior non violentus eſt, neq; coactus, ſed benignus, ſed amoroſus, & omni beneuolentia plenus, procedens ab illa ſumma & ſuprema charitate, v3, ab illo patre luminum, a quo teſte Iacobo. Oẽ bonũ, & omne datũ optimũ deſcendit ad nos. Rõnalem itaq; creaturã Deus pr̃ primũ mouet, & trahit ad filiũ, & ꝑ filium. Sic tamen, vt ſic tractus, in ſua ſpontanea relinquatur volũtate, vt, videlicet, credat in filiũ, aut nõ credat. Ipſe.n. pr̃ luminũ radiũ ſupernę gratię ęquanimiter ſuꝑ oẽs mortales expandit, ſed in hoĩs ptãte eſt, hoc lumen, in ſui cordis hoſpitiũ recipere. Stat.n. ipſe Deus ad oſtium cordis noſtri pulſans, iuxta illud. Ego ſto ad oſtiũ & pulſo. Facultatẽ poſtmodum noſtram ſubinferens, dicit. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi cenabo cum illo. Quibus verbis aperte oſtendit, ſe maximum habere deſiderium intrãdi cubiculum cordis noſtri, vt illud inhabitet. Cuius delitiare eſt ſemper manere cũ filijs hominũ. Sed ſi obicem ponis, peccatorũ ſarcina grauatus, non eſt culpandus Deus, ſi illuc, ingreſſum nõ habet. Qui enim ſuo lumine & ſplendore oẽm hominẽ illuminare dr̃, te quoq; illuminare cupierat.

[Margin: ſpẽte ad xp̃m accedimus | Rom. 10 | Iac. 3. | vbi ſup. | Apoc. 3. | Pro. 8 | Ioan. 1.]

Ex

Et ſic ex iam præhabitis liquido patet, quomodo volentes ad Chriſtum venimus, & non inuite.

CONTRAPO. LIIII.

Mar.9. Luc.7 *Centuricnẽ acceſsiſſe ad dominũ pro ſeruo ſanãdo legimus Centurionem nõ acceſsiſſe, ſed nuntios miſsiſſe credimus.*

Si euangeliſtis tanquam domini notarijs, fides indubia adhibenda eſt, cur hi duo, Matteus videlicet & Lucas, ſic ad inuicem diſſentire videntur in acceſſu Centurionis ad dominum, vt alter dicat, ipſum per ſe acceſsiſſe, alter vero e conuerſo dixerit, ꝙ ſeniores iſrael miſerit? Porro ſi ſeniores miſerat, perſonaliter non acceſsit centurio. Hæc enim vt liquido cernimus, ſimul ſtare nequeunt, ſed contradictorie ſe offerunt. Matteus enim dicit. Acceſsit ad eum Centurio, rogans eũ & dicens. Puer meus iacet in domo paraliticus. Lucas vero ex aduerſo dicit. Et cum audiſſet centurio de IESV, miſit ad eum ſeniores iudeorum rogans eum, vt deſcenderet, & ſanaret ſeruum ſuum. Si enim quæ Lucas refert vera ſunt. Cur Matteus dicit. Acceſsit ad eum centurio cum ipſe perſonaliter non acceſſerit, ſed ſeniores miſerit? Videntur enim hæ duæ ſententiæ ad inuicem multum diſtare, & eſſe diſsimiles. Sed ſi oculis fidei, rectius introſpexeris, clara luce videbis illas nullatenus diſſentire. Quapropter vt & illas concordes reddamus placuit dicere, ꝙ pie quærentibus facile patet, ꝙ Matteus breuitatis cauſa aſſeruit cẽturionem acceſsiſſe ad dominũ, cuius deſiderium & voluntas ad dominum veraciter, alijs licet defferentibus fuit perlata. Miſtice eam nobis commendans, hoc quod ſcriptum eſt. Accedite ad eum & illuminamini. Nam quia fidem

Mar. 8 Luc. 7 ps. 33

cen-

centurionis, qua vere acceſsit ad Ieſum, ipſe ita laudauerit & commendauerit, ut diceret. Non inueni tantam fidem in iſrael, ipſum citius acceſsiſſe ad Chriſtum dicere voluit prudens euangeliſta, quam illos, per quos verba ſua miſerat. Porro autem Lucas, ideo totum quemadmodum geſtum ſit aperuit, vt ex hoc intelligere cogeremur quemadmodum acceſsiſſe dixerit alius, qui mentiri non potuit. Sicuti enim illa mulier (vt idem Matteus refert) quæ fluxum ſanguinis patiebatur, quamuis fimbriam veſtimenti eius tenuerit, magis tamen quia credidit, tetigit dominum, quã ille turbæ, quibus ipſe præmebatur, ita & centurio, quo magis credidit, eo magis acceſsit ad dominum. His itaque præhabitis patet, ꝙ Centurio verius & citius acceſsit ad Ieſum, quam ſeniores iſrael, quos ipſe miſerat, quoniam ille fide vera, illi vero tantum perſonaliter acceſſerunt. Id autem, ſuperna diſpoſitione actum fuiſſe non heſitamus, vt videlicet, ſeniores Iudeorum mitterentur ad dominum a Centurione, hiſque aſtantibus, qui langueratſanaretur, quo inexcuſabiles forẽt, ſi credente viro gentili, ipſi non crederent. Sic etiam eueniſſe legimus centurioni alteri gentili, qui viſo terremotu, & alijs quæ facta ſunt in domini tranſitu, iudeorum principibus aſtantibus eidem domini paſsioni, ſed non credentibus, voce magna ipſe clamauit, & dixit. Vere filius Dei erat iſte, & ſic liquido patet, ex iam præhabitis, quomodo verum eſt, quod Matteus vna cum Marco dixerint, & ea pariter quæ Lucas atteſtatus eſt.

Mat. 9. Mar. 8 Mar. 27

CON-

CONTRAPO. LV.

ṗs.33 *HOminem emulari dauid prohibuit.*
1.cor.12 *Hominem emulari paulus conceſſerat.*

Mirum quippe videtur ſacrarum literarum nondum ad plenum habentibus intellectum, cur Doctor gentium, qui a ſummo & omnium magiſtro fuerat edoctus, diſcors fuerit a regio propheta, & ita, vt quod vnus inter dixerit, alter ad libitum agendum admittat? Sed ſi has ſententias oculo fidei ac inquiſitione diligenti ſcrutari placuerit, clara luce agnoſcemus vtranque ſententiam ſuam explanationem ſecum habere, vti circumſtans litera liquido manifeſtat. Dum enim Citha
ṗs.37 redus emulationem prohibuit, dicens in ṗs. Noli emulari, illico abſque vlla verborum interpolatione ſubiunxit, dicens. In malignātibus, quaſi diceret, infirmum ac debilem allocutus hominē, Dei iudicia ignorantem. O tu qui nondum ad id muneris perueniſti, vt Dei iudicia rimari poſsis, qui ob tuam fragilitatem inuidere & indignari conſueuiſtl in malignantibus, hoc eſt in conſideratione malignantium, quoniam florent, et proſperantur in vijs ſuis peſsimis, noli ob hoc malignari, quinpotius mundana proſperitate talium contēpta, Deo adherre illicque humiliare & ſanctorum proborumque virorum commercio coniungere, quoniam malorum breuis erit fælicitas et proſperitas, & tanquam olera herbarum cito decident. Cauſam uero cur vates regius emulari prohibuerit in malignantibus, infra ſubiungit in eodem
ṗs.37 ṗs, dicens. Quoniam qui malignantur exterminabuntur. Quaſi dicere velet, Qui mali ſunt, & ſi modo florent, & proſperantur, in futuro exterminabuntur

nabuntur et detrudentur in regione mortis. Quo ſtante, Pauli ſententia non contradicit priori. Quoniam iuxta alium ſenſum locutus eſt ſanctus Apoſtolus, dum emulari concedit. Addidit enim eo in loco dicens. Chariſmata meliora. q.d. Iccirco vt emulemini inuicem admitto, ſed nō ob ipſam emulationem, cōcedo vt malignemini, quinimo malorum proſperantium fœlicitate viſa, benignitatem bonitatemq́ꝫ Dei contemplantes, conuertimini ad Deū, & bonos ac probos viros imitamini, vt una cum illis proficiſcamini ad meliora chariſmata tendentes. Ex quibus manifeſte apparet, duplicem emulationem inueniri in ſacris literis, Alteram videlicet ſanctam & optimam, Deoq́ꝫ ſemper gratam, Alteram vero e cōtrario, iniquā & malam. De prima enim idem Apoſtolus locutus, & ſeipſum in exemplum præbens ait, ſcribēs Corinthijs. Emulor enim vos Dei emulatione. Vide quomodo hanc emulationem, Dei emulationem vocat. Nec ſufficit quempiam hanc Dei emulationem in ſe habere, vt conſequatur ſalutē, ſed oportet eam habere, cum ſcientia, propter id quod hic Apoſtolus de quibuſdam dolens locutus, ait. Emulationem quidem Dei habent, ſed nō ſecundum ſcientiam. Sed de iniqua & mala emulatione in Apoſtolorum actibus ſcribitur. Patriarche emulantes Ioſeph vendiderunt illum in ægiptum. Petrus etiam de meliori emulatione locutus in ſua canonica epiſtola, ait: Et quis eſt qui uobis noceat, ſi boni emulatores fueritis? Quod autem hæc prior ſit laudabilis, honeſta, & commendabilis, liquido apparet. Cum Deus non dedignetur, ſe emulatorem vocari, & dici. Ait enim ſanctus ille Moſes, dum de Deo allocutus eſt He-

1.cor.12
Emulatio dup.
2.cor.11.
Rom.10
Actuū.7
1.pet.3.
Exo.34.

breorum populum. Dominus Zelotes nomen eius Deus emulator. Paulus quoque Galathas al- locutus, ait. Bonum emulamini in bonum. De deteriori vero & mala locutus ſapiens, ait. Ne emulerts viros malos. His viſis manifeſte apparet, prophetam non fuiſſe Paulo contrarium, quoniam alter de laudabili & imitanda emulatione, alter vero de iniqua & peſsima locutus eſt. De emulatione vero, ſi plenius informari deſideras; vide priorem partem operis noſtri tom. j. contra poſitione. 81.

Gala. 4.

Pro. 24.

CONTRAPO. LVI.

Deut. 6. *Seruire ſoli Deo in lege mandatur.*

Gal. 5. *Seruire inuicem mandatur fidelibus.*

Et ſi ſoli Deo, mandante Moiſe, ſeruire cõſtringimur, cur Paulus Galatis ſcribens mandatum protraxit, præcipiens vt inuicem deſeruirent? Ait enim præfatos allocutus. Per charitatem ſeruite inuicem. Non enim ſoli Deo debetur, quod ad homines quoque extenditur. Nec prænotatæ ſententiæ contrarium ſenſum reddunt, niſi obtenebratis & fuſcis mentibus carnalium, qui interna diuinæ ſapientiæ minime penetrare quæũt. Huic itaque, præter illa, quæ in ſuperiori parte noſtri operis diſcuſſa reliquimus; & illud modo addendum placuit dicentes, quod ſi Grecę linguę, ex qua Pauli ſententia tranſlata eſt, interpretationem ſecuti fuerimus, confidenter dicemus, quod ſeruitus duobus modis, ſeu mauis dicas, diuerſa ſignificatione appellari ſolet. Dicitur enim Latria, dicitur & Dulia. Sed hæc poſterior communis ſeruitus appellanda eſt, hoc eſt, ſiue Deo, ſiue homini impendatur. Ab hac enim ſeruus nomen accipit.

Seruitus duplex.

pit. Latria vero vocatur ſeruitus illa, quæ ſoli diuinitatis cultui debita eſt. Hæc enim nulli creaturæ participanda eſt. Vnde & Idolatræ nuncupantur hi, qui vota, præces, & ſacrificia, quę vni Deo debentur, idolis, ſeu alteri creaturæ impendunt. Iubemur nihilominus ſeruire inuicem per charitatē. Iubemur & vni Deo ſeruire, ſed aliter Deo, aliter homini impendenda eſt ſeruuits. Deo enim tanquam principaliori et omnium maiori ac omnium creatori, homini vero, tanquam repręſentāti imaginem Dei, qui abſq; vllo diſcrimine, ætatis, aut ſexus, mandat, vt diligamus proximum, veluti nos ipſos diligimus. Quid itaq; repreſentat tibi hoc diuinum mandatum? Diliges proximum tuum ſicut teipſum, niſi vt illi ſubuęnias, quocunq; loco, & tempore illi opus fuerit? Et intelligitur, tam de ſpiritali, quam corporali, & temporali ſubuentione & adminiſtratione. Hanc.n. ſeruitutem obſeruari tenemur in inuicem toto tēpore quo aduixerimus ſuper terram, aliter recuſamus filios eſſe eius, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Hoc enim, & lex naturæ mandabat, ad quam tenebantur omnes ab Adam propagati. Quæ tunc grata Deo, nobiſq; proficua dicitur, dum charitas non neceſsitat, ſed ſeruit. Tūc enim Chriſto ſeruire dicimur, ſi illi ſeruimus, cui Chriſtus ſeruiuit. Ipſe enim dixit in ęuangelio. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Dignū itaq; & iuſtum eſt, vt propter illum proximis noſtris ſeruiamus, qui ob nimiam ſuam benignitatem, fecit nos de ſeruis liberos, & de filijs diaboli filios Dei. Illam vero ſeruitutem quam iugiter Deo impendere debemus, non iccirco illam impendimus,

Aliter Deo ſeruiedum aliter homini.

Exo. 20.

Matt. 5.

Mat. 25

pendimus, tanquam indigenti illa, cum ipſe bono
Mat. 26 rum noſtrorum non indigeat cui tot angelorum
legiones indeſinenter deſeruiunt. Porro ſeruire
hoc in loco pro collere, ſeu adorare, accipiendum
arbitramur. Collit enim Deum (qui vt decet) illi
ſeruit fideliter, & hoc tam in aduerſis quamin
proſperis. Eſt enim hæc ſeruitus ab homine Deo
impenſa, tam nobilis & digna, vt regnare dica-
Ambroſ. tur ille, qui ſic illi ſeruit. Inquit enim Ambroſius
illæ ſanctus. Seruire Deo, regnare eſt. De hac &
Auguſt. beatus Auguſtinus locutus, ait: Seruitutem debet
omnis creatura creatori, quam cum exibet libera
eſt, ſi tunc illam exibet, vt non neceſsitate, ſed vo
luntate deſeruiat. Seruum Dei itaq; charitas fa-
ciat, quoniam liberum te fecit veritas. Concluden
tes igitur quæ ſuperius ad longum protraximus,
relinquimus, ꝙ ſoli Deo ſeruiendum eſt, illa (vi-
Deute. 6 delicet, ſuperna ſeruitute, qua nulli creaturæ parti
cipanda eſt. Quæ vt illi grata ſit, toto corde, totis
viſceribus impendenda eſt. Ait enim. Diliges do-
minum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota
mente tua, & ex totis viſceribus tuis. Nonne iu-
ſtum & æquum eſt, vt ſeruus merito illius dica-
ris, qui vt te liberum faceret, factus eſt ſeruus? Nō
ergo ſeruum eſſe dedigneris illius, cui dominus cę
li non dedignatus eſt ſeruire, & ſimilem eſſe, ve-
luti egrotis medicus, cum hoc ſeruire totum cedat
in bonum noſtrum. Nec ſeruitus, quę homini pro
pter Deum impendenda eſt, proprie nuncupan-
da eſt ſeruitus, cum natura, vnus homo non ſit
nobilior neq; maior altero, quinpotius dicenda
eſt naturæ communicatio, qua vnus alteri con-
ſtringitur ſubuenire atque ſuccurrere, dum opus
fuerit. Vt ergo ſit Deo grata, nobiſque cedat ad
meritum

meritum impendamus illam proximo,non quoniam natura ſolum id docet,ſed etiam quia lex id faciendum præcipit, vt vnumquemque hominẽ, videlicet,diligamus in Deum,& propter Deum. His itaque viſis & declaratis liquido patet, quæ ſeruitus Deo; & quæ proximo ſit impendenda. Exo. 20.

CONTRAPO. LVII.

T*Empus creatum eſſe credimus.* Gene. 1.
Tempus fuiſſe æternum Paulus docet. Rom. 16

Si tempus,cum ſit creatura quædam, creatum fuiſſe cum cæteris fideliter credimus, cur Paulus diuinorum ſecretorum reſerator, dum de myſterio incarnationis Chriſti Rom.alloqueretur, ait. Myſterij temporibus æternis taciti? Et alibi dum de æterna vita diſcipulum alloqueretur, dixit. Quam promiſit ille,qui non mentitur Deus,ante tempora ſecularia. An forſan fuerat aliud tempus ante hæc tempora ſęcularia? & ſi fuerit quęro de illo, & ſic in infinitum poſſemus procedere. Quod quidem de directo militat contra proprietatem temporis, quod cũ ſit quoddam creatum, vt præfati ſumus, nullatenus æternum eſſe poteſt. Repugnat enim æternum cum tempore, & e conuerſo, tempus cum æterno. Quippe tempus (vt Auguſtini vtar verbis) licet fuerit ante motum cœli in aliquo mutabili motu, non ob hoc æternitati coæternum eſſe poteſt. Quid igitur pro conciliatione harum ſententiarum dicemus, quæ inter ſe ſic repugnare agnoſcuntur, vt contradictionem apertam inferant, tempus (videlicet) fuiſſe creatum,& non creatum,ſed æternũ. Quapropter,ne & has ſic indiſcuſſas relinquamus, diuino ſuffulti præſidio arbitramur dicendum, quod Auguſt.

Paulus dum tempora æterna eſſe dixerat in præ-
Rom. 16 notatis ſententijs, forſan ſignificari voluit, tem-
pus non cepiſſe ex tempore, ne æternum ponere
cogeretur, quod in initio omnium creaturarum
creatū fuiſſe perſpicuum eſt. Vel mauis dicamus,
Euum et hanc Pauli ſententiam explanātes, ꝙ Paulus per
tp̄s q̄uo tempus æternum, eo in loco poſitum, deſignauit
differat. nobis euum, quod quidem multum diſtat a tem-
pore, cum ſit nobilius & excellentius illo. Quo-
niam euum ſtabile eſt, angelorumque menſura,
tempus vero mutabile, temporaliumque menſu-
Philoſo. ra. Sic enim tempus diffiniuit Philoſophus in li-
bro de fiſico auditu, vt diceret. Tēpus eſt menſu-
ra motus, ſecūdum prius & poſterius. Porro om-
ne quod fit virtute creata, cum quadam ſucceſsio
ne, aut continuatione motus fit. Vel clarius ac
manifeſtius has ſententias initio adductas expla
nantes dicamus, ꝙ licet in ſcripturis diuinis tem-
pora interdum dicantur æterna, non ſic æterna in
telligenda ſunt, quomodo Deus æternus eſt, quo
niam Deus eſt, & fuit ante tempora, qui & fabri
cator dicitur temporum. Veluti a ſimili etiam le-
Gene. 1. gimus, ꝙ omnia quæ Deus fecerat, erant valde
bona, non tamē ſic bona fuiſſe intelligenda ſunt,
qualiter bonus eſt Deus, qui illa fecit, vt bona di-
cerentur, & eſſent; Nec ea genuit de ſeipſo, ut hoc
eſſent, quod ipſe eſt, ſed illa fecit de nihilo, vt non
eſſent æqualia, nec ei a quo facta ſunt, nec filio
tp̄s q̄uo per quem facta ſunt. Quapropter conciliantes ea
dicatur quæ ſuperius dicta ſunt dicimus, tempus, æter-
æternū. num non fuiſſe, niſi eo modo æternum accipias,
vt per ipſum intelligatur quouſque perueniatur
ad æternitatem. Nam aliter acceptum, intelligitur
pro eo quod ſemper fuit, aut ſine fine erit. Porro
teſte

teſte Auguſtino, quicquid æternum eſt (ſemper eſt) aut erit, cum non commutetur tempore. Eternus enim dicitur quaſi æuiternus, cùm nulla temporis quantitate menſurari, nulloque temporis ſpatio poſsit deſignari, cum omne contineat æuũ, & continuatur a nullo. Differt tamen æternum a ſempiterno, quoniam ſempiternum eſſe, ſoli Deo conuenit, qui ſemper fuit, eſt, & erit. Homines vero ſic æterni dicuntur, ꝙ non ſempiterni, qui & licet principium habuerint, ſunt tamen animo perpetui & immortales. Deum autem ſic æternum eſſe credas optime lector, vt ſit a parte ante, a parte nunc, & a parte poſt, quod & nulli creaturæ conuenit. Eſt enim Deus æternus a parte ante, quoniam egreſſus eius intelligitur a diebus æternitatis, vt quidam prophetarum ait. A parte nũc quoque æternus dicitur, quoniam ipſe eſt habitãs æternitatem vt Eſaias dixit. Eternum autem a parte poſt, eum eſſe dixerat Petrus dum ait: Ipſi gloria nunc & in diebus æternitatis. De æternitate.n. Dei Auguſtinus locutus, ait. Eternitas non habet quãdo, et iterũ. Quicquid dixeris de æternitate minus eſt. Hæc.n. Dictio licet quatuor ſillabis cõſtet, in ſe tamen ſine fine eſt. Hãc cõem licet in mundo poſuerit Plato aĩabus & dijs, a Deo tamẽ arbitratus eſt fuiſſe factam. Iunge ergo cor tuum huic æternitati, & æternus eris. Et ſic conciliantur omnia, quæ inter ſe diſſentire ſuperius videbãtur.

Auguſt. Dña inter æter. num & ſempiternum. De quo æternus. Miche. 5 Eſa. 57 Auguſt. Plato.

CONTRAPO. LVIII.

Iacob dilexi Eſau odio habui. Mal. 1
Nihil odiſti eorum quæ feciſti. Sap. ii.

Dixi & iterum repeto, me inuite loca explanare, quos non contenti inueniuntur in Hebræorum

canone. Nihilominus, quoniam nonnulla ſe obtulerunt, quæ in priori parte operis non fuerunt commemorata, iccirco & has conciliare curantes placuit dicere ad alteram ſententiam, ꝙ ideo Deus Eſau odio habuit, quoniam vas in contumeliam eum ſibi fore nouerat, vel dicas, ſi fas eſt dicere, ꝙ fecerit eum ut ſibi deſeruiret in vas contumeliæ. Sic tamen, vt intelligas omnium creaturarum artificem fuiſſe Deum. Omnis autem creatura Dei, vt Moſes atteſtatus eſt, bona eſt. Et omnis homo inquantum homo eſt, Dei creatura eſt, non autem inquantum peccator eſt. Eſt enim Deus creator corporis & humani animi, quorũ neutrum malum eſt, neq; neutrum odit Deus. Non enim Deus odit Eſau hominem, ſed odit Eſau peccatorem. Naturarum enim non vitiorũ conditor, mala quæ odit, ipſe non fecit. Odit enim Deus impietatem in impio homine, quã in ſummo abhorrere dicitur, ſed non odit, ꝙ illam committens ad ſupplicia deputetur æterna, ſi ab illa per pœnitentiã non fuerit expurgatus. Nouit .n. in vnoquoq; noſtrum, & odiſſe quod feceramus, et amare quod ipſe fecerat. Merito quippe odit, & velut a regula ſuæ artis alienum improbat vitium, amat tamen ſuum, etiam in vitioſis, vel ſanationis beneficium, vel damnationis iudicium. Non itaque Deus poteſt peccatorem hominem odire, eo ꝙ ſit aliquid eius, ſed odit illum, qualem per peccatum ipſe ſe fecit. Odit inquam Deus impietatem, quam in aliquibus punit, in aliquibus vero adimit per iuſtificationem. Et ad hæc quis idoneus? Cur autem, ex numero illorum, quos non iuſtificat quoſdam faciat vaſa in contumeliam non eſt noſtrum ſcire. cum non hoc in illis

Gene. 1.

Mal. 1.

quid De' amet in hoïe ẽt malo.

odio

odio habeat. quod ipſe fecit. Porro inquantum impij ſunt, execrabiles ſunt Deo, inquantum vero vaſa fiunt, ad aliquem vſum fiunt, vt per eorum ordinatas pœnas, vaſa quæ in honorē fiunt, proficiant. Non itaque (vt prætulimus) odit illos Deus, inquantum homines ſunt, nec inquantum vaſa ſunt, nec quod in eis fecit creando. Nihil.n. odit eorum, quæ fecit. Quod autem eos vaſa perditionis faciat, ad vſum correctionis aliorum facit, quibus prodeſt, vt timeant, & vias ſuas corrigant, quibus vocatio talis congruit. Et ad hæc quis idoneus? Voluntati enim eius quis reſiſtere poteſt? Quid enim prodeſt vaſis perfectis in perditionem, ꝙ ea Deus ſic patienter ſuſtineat, vt ordinanter diſperdat, vtaturque illis ad inſtrumentum ſalutis aliorum, quorum miſeretur? Sed illis vtique prodeſt, ad quorum ſalutem, ipſis ſic vtitur, ueluti ſcriptum eſt. Iuſtus lauabit manus ſuas in ſanguine peccatoris, ideſt mundabitur ab operibus malis per timorem Dei cum viderit ſupplicia peccatorum. Cum igitur (vt præmiſſum eſt) eorum quæ Deus fecit ipſe non oderit, Quis digne contemplari poſſet quantum diligat membra ſui vnigeniti, quæ ad angelorum ſanctorum æqualitatem gratiæ ſuæ largitate decreuit perducere? Quibus ſic diſcuſsis & declaratis, ſic pacate redduntur ſententiæ initio adductæ, vt nulla in illis amplius remaneat contradictio.

Sap.II.

Rom.9

ps 57

CONTRAPO. LIX.

Paulus vna cum ſociis ambulabat ſecundum carnem. 2.cor.10
Paulus è contrario ſecundum carnem non ambulabat. Rom.8

Qualis enim eſt iſte Apoſtolus, qui de ſe & ſocijs locutus, contrarius ſe obtulit, tam in ſermone

quam in opere. Quippe Roma. allocutus, ait:
Qui non ſecundum carnem ambulamus. Alteri
vero eccleſiæ ſuam epiſtolam dirigens, e contra-
rio dicit. In carne enim ambulantes. Apparet.n.
hoc in loco, euidentiſsima ſententiarum pugna;
Ambulare quid ſignificet. ſed ſi ſummam capitis velimus excutere, non diſ-
ſidebunt ſententiæ adductæ. Ambulare enim iux-
ta ethimologiam vocabuli idem nobis repreſen-
tat, ꝙ ire, pergere, & progredi, Porro cum ſit æ-
Ambulare equiuocum. quiuocum, diuerſimode accipitur in ſcripturis,
videlicet virtuoſe, & vitioſe. Virtuoſe enim acce-
ptum, ſignificat profectum & progreſſum de uir
tute in virtutem. Sic enim acceperat ambulare il-
le, qui de aliquibus proficientibus locutus in p̄s.
p̄s.83 ait. Ibunt de virtute in virtutem Ambulare autē
vitioſe e conuerſo, ſignificat malum profectum
ac malam occupationem, qua ſic occupari con-
ſueuerunt mali, vt inde per ſe releuari nequeant,
de quorum numero fuerant illi, de quibus gemēs
p̄s. 80. propheta locutus, ait. Ibunt in adinuentionibus
ſuis. Quibus ſic præhabitis, & ſententias initio ad-
ductas conciliare curantes dicimus ad ſecundam,
Rom. 8. ꝙ iccirco Paulus non ambulauiſſe dicitur ſecun-
dum carnem, quoniam iam vocatus per Chriſtū
de Iudaiſmo, tranſlatus fuerat in lege fidei, in qua
Secūdū. nō ſecundū carnē, ſed ſecundū ſpiritū ambulabat
vt in p̄notata ſn̄ia, præhabitū eſt. Illa. n. dictio, vi
delicet, SECVNDVM quam aduerbialem eſſe
nouimus, pro inniti, ſeu pro imitari poſitam eſſe
Rom 8. arbitramur, eo in loco. Vt huius ſententiæ talis ſit
ſenſus. Non ambulamus ſecundum carnem, hoc
eſt, Non innitimur carni, ipſam, videlicet, fouen-
do & nutriendo eiuſque deſiderijs abherrendo.
Cauſam autem, cur non ſecundum carnem am-
bularet

bularet ſubintulit, eo in capitulo dicens Roman. Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini. Quo ſtante, ſecunda ſententia non contrariatur primę, cum non inferatur in illa hæc dictio SECVNDVM, ſed in altera ſententia mox ſequenti. 1.cor.10
Subiungitur enim illi, Non ſecundum carnem militamus. Carnaliter enim viuit, & militat; qui carnis deſiderijs obtemperat. Via vero quam ſequi debemus ambulantes, alia non eſt; niſi ille; Io.14
qui ait: Ego ſum via. Si quis enim per hanc viã ambulauerit, non offendet, ſed fęliciter ad optatũ perueniet terminum. Ipſe enim, qui patri ſine tempore æqualis eſt, viam ſe fecit in tẽpore; quo ituri ſumus ad patrem, ad quem prius ire non poteramus, niſi ipſe factus fuiſſet via. Surge igitur o homo, qui hucuſque in peccatis iacuiſti, & erige te, vt per iſtam viam ambules: Ambula inquam motibus, & eam currere feſtina, ſi potes; vt citius ad terminum fęlicitatis ęterne peruenire valeas. Et ſi ob fragilitatem tuam, cum non aſueueris illam perambulare, eam currere non potes; ps.118
prout ille fecerat; qui gaudens Deoque gratias agens, ait in ps ad Deum conuerſus. Viam mandatorum tuorum cucurri, ſaltem illam perambula, prout prætulimus, quoniam & beati celebratur etiam illi, qui licet eam non cucurrerint, ſaltem perambulauerunt. Ait enim Dauid. Beati qui ambulant in lege tua domine. Hanc viam mandatorum Dei tibi oſtenderat ille, qui ait ſubuectus vaticinio. Hæc eſt via, ambulate in ea. Sũt enim multi Chriſtianorum, qui hanc viam ſe ambulare iudicant, ſed mentiuntur, quoniam non recto; ſed tortuoſo itinere incedunt claudicantes. De quorum numero fuerant illi, de quibus conqueſtus Phil.3
ſan ctus

Marginal notes: Io.11 ; vbi ſup.

Phil. ſanctus Apoſtolus ait, ſcribens ad Philippenſes, Multi enim ambulant, quos ſepe dicebam vobis, nūc autem, & flens dico inimicos crucis Chriſti. Tolle igitur & ammoue a te hanc claudicationem, & videbis rectam ambulationem, quoniā quādiu in te peccatorum claudicatio eſt, recte ambulare non poteris. Ambulandum itaque, nō minus recte, quam caute, ne latrūculis nobis obuiātibus in uia, iter noſtrum impediatur ſuis verſutijs & adulationibus. Concludentes igiturquę ſuperius ad longum protraximus dicimus, ꝙ quandiu mare huius mundi perambulamus, alam ſpei & alam fidei ſurſum ad Deum ęleuatam omnino neceſſe eſt habere, vt ſpiritus ſancti uento agitati, peruenire valeamus ad optatum portum. Non ergo deſcendamus ad fluctuoſa huius mundi negocia, ne declinantes a profectu ſalutaris itineris, in p̄ceps inferni ruamur. Et ut ſecurius pergamus, uitemus lutum luxurię, foueam auaritię, & laqueum ſuperbię, habentes in manibus noſtris baculum fiducię, qui nos iugiter ſuſtentet, & erigat, ne per deſperationem incidamus in laqueum diaboli. Quibus ad plenū viſis, pacata redduntur, quę ſupra cōtraria videbant.

CONTRA PO. LX.

Ezec. 11 *Faciam vt in præceptis meis ambuletis.*
Eccle. 15 *Si volueritis mandata mea conſeruabitis.*

Si cuſtoditionem diuinorum pręceptorum cōmiſerat Deus arbitrio hominis, vt ſapiens in poſteriori ſententia atteſtatus eſt, cur ex adiuerſo, uoce Dei dicitur per prophetam. Faciam vt in pręceptis meis ambuletis? Hoc enim quod poſterius dicitur, ſi uerum eſt, ſic infirmari et debilitari nouimus hominem, vt niſi a Deo cogatur minime

diuina

..uina mādata cuſtodire poteſt, Quod manifeſte apparet eſſe contrarium alteri ſententiæ eiuſdem ſapientis, eo in loco dicentis. Deus creauit hoīem & reliquit eū in manu conſilÿ ſui &c. Dixi in ſuperioribus, ꝙ malē ab interpretandis locis, quos habent libri non contenti in Hębreorum canone abſtinere, niſi quorūdam malitia inexhauſta me vinceret. Quapropter, ne & has ſine conciliatione relinquamus placuit dicere, vtrãque ſententiā non ſic formaliter in textu cōtineri, ueluti hic eas citauimus. Porro propheta, dum de domo carnali iſrael haberet ſermonem, inter alia, quę eo in loco commemorantur, hoc quoque adiecit dicens voce dominica. Et auferam cor lapideum de carne eorū, & dabo eis cor carneum, vt in pręceptis meis ambulent, & iudicia mea cuſtodiāt, faciātq; ea. Ex quibus verbis, vt liquido patet, non elicitur formaliter prior ſententia initio adducta, licet ſenſus eius implicite in illa contineatur. Quaſi ſi Deus illos allocutus diceret. Vos qui ob peccata veſtra longe receſſeratis a me, ſi de peccatis dolentes, ad me conuerti volueritis. Auferam a vobis cor lapideum, & dabo cor carneum. Nec ob hoc velim intelligas, liberum arbitrium infirmari in homine. Quoniam cor carneū a Deo obtinere, non eſt ab illo cogi, prius. n. homo lumine illo ſeu influxu illo generali ſuffultus, ſuo arbitrio libero diſponitur, dū ad Deum cōuertitur antequā cor carneū a Deo obtinere mereatur ambulāsq; in pręceptis eius & faciēs illa. qui niſi p̄uia hmōi diſpoſitione ſe coaptaret, minime hoc obtineret a Deo, qui ſe quęrēti et petēti tā benigniſsime offert. Ex conuerſione itaque hominis, originem trahi non ambigimus, vt quiſque cor carneum a Deo

Ecc. 15.

Exec. 11

Exechi. vbi ſup.

Mar. 7

a Deo obtineat ambuletque in pręceptis eius, propter id quod voce alterius prophetę dixerat Deus. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Quid.n. importatur, per cõuertimini ad me, niſi ſe diſponere & coaptare? Quid vero per id quod ſequitur. Et ego conuertar ad uos, niſi cor carneum ab illo obtinere. Fit autem hæc fructuoſa conuerſio ad Deum per expoliationem vete-
1.cor. 3. ris hominis. Porro ſordium depoſitio in noſtra
Io.15 ſita eſt volun ate, licet hoc, vt prætulimus, non efficiatur ſine Deo cooperante & quoadiuuante. Dei enim coadiutores ſumus inquit Paulus. Quiſquis enim o homo es, Deo indiges in omni,
Io.1 loco, & in omni tempore, etiam ſi res tibi ſecun-
Can. 5. dæ eſſent. Sine inquit me nihil poteſtis facere. I N libera tamen voluntate hominis ſitum eſt aſſentire, ſeu diſſentire diuino adiutorio ſibi cooperan-
Hieron. ti, lumenque illud diuinum in ſe recipere, quo illuminatur vniuerſa creatura, parere ſeu ſpernere eius motionem, oſtium cordis aperire & claudere. Pulſat tamen, & animæ tuæ dicit. Aperi mihi ſoror mea. Quapropter Diuus ille Hieronimus,
Sixtus. dum de facultate liberi arbitrij ſermonem haberet, dixit. Liberi arbitrij nos condidit Deus, ſed ipſum liberũ arbitrium, Dei nititur auxilio, illiuſq; per ſingula ope indiget. Cui et ad ſtipulari poteſt id, quod Pithagoricus ille ſixtus dixit. Libertatem liberi arbitrij, iccirco Deus permiſit hominibus, vt puro corde, & ſine peccato viuētes, ſimiles Deo fierent. Dat enim ipſe Deus vt bonũ velimus, per voluntatem tamen noſtram libere accepiamus, & bonum volumus. Dum autem bonũ volumus, nobis cooperatur Deus, vt perficiamus, ſicuti, vt velimus. Stat itaque, in voluntate

noſtra,

noſtra, ut cordis oſtium pulſanti aperiamus, & diuinum ſplendorem ſuæ gratiæ introducamus, diuino nihilominus præueniente præſidio, vt pręfati ſumus, & ſubſequente, ſine quo nec viuere, nec recte quidquam agere poſſumus. Quibus præhabitis, ſic conciliatæ redduntur ſententiæ initio adductę, vt nil contradictionis in illis amplius remaneat. 2.par.3. Act.17.

CONTRAPO. LXI.

Maieſtas domini impleuit templum.
Deus non habitat in temp. ma. factis.

Si domini Maieſtas, ſic templum a Salomone constructum impleuiſſe dicitur, vt non poſſent ſacerdotes templum ingredi, vt ſcriptura refert. Eſa.66 Quo verum erit, quod ex aduerſo ſubinfertur in poſteriori ſentētia, dicēte Paulus ad Ariopagum. Non in manu factis templis inhabitare Deum? Cui ſententiæ & illud adſtipulari poteſt, quod voce domini per prophetam dicitur. Quę eſt iſta domus, quam ędificabitis mihi, aut quis locus requiei meę? Ad aliquam enim ſignificationem refferendum eſt, quod in vtroque teſtamento manifeſte dicitur, Deum, videlicet, non habitare in locis ab hominibus fabricatis, in templis inquam, 1.cor.3. manu hominum conſtructis, quoniam in homine fideli, qui modo excellentiori, templum Dei dicitur, teſte Paulo, per gratiam habitare dicitur. Hier.23 Deus. Ait enim Cor. allocutus. Neſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? In hoc enim templo manu diuina conſtructo miro quoddam & ſtupendo modo, habitare dignatur ille, qui cœlum & terram implere dicitur. Dicis aūt, his obijciens, quō non habitaſſe dr̄ Deus 2.par.7.

Salomonis

Salomonis templum, quod eſt Hieroſolimis ſuo
2.par.7. nomini conſtructum, cum in pręhabito loco di-
cat ipſe Salomon. Dominus pollicitus eſt mihi,
q; habitaret domū, quam edificaui nomini eius?
Dicimus reſpondentes, Deum templum illud nō
inhabitaſſe, licet in eo rogaretur & commemora
Mar.12. retur frequenter. Scriptum eſt enim. Domus mea
domus orationis eſt. Et ſecundum hunc ſenſum,
intelligenda eſt prior ſententia, qua dicitur. Maie-
2.par.7. ſtas Dei ingreſſa eſt templum. Fit enim Deus pro
ximus ſe oranti & deprecanti. Porro locus Dei,
& ſi aliquando in ſcripturis nominetur, non ſic
intelligendus eſt, vt in illo contineatur Deus, ne-
que circumſcribatur, ſed q; ei peculiari modo præ
ſens ſit. Id autem melius nihil intelligitur, quam
anima munda & purificata, quæ templum Dei,
aīa mū- & altare optimum dicitur, quod Deus nobiliori
da dr̄ tē- modo inhabitat, quam templum lapideum ma-
plū Dei nu hominum fabricatum. In quo licet collatur et
veneretur Deus, non tamen in illo continetur,
tanquam in loco, cum non ſit corporeus neq; li-
locus q̄d neamentis huiuſmodi circumſcribatur. Locus. n.
iuxta ſuam deſcriptionem ille dicitur, qui longitu
dine & altitudine corporis occupatur, quod &
nullatenus ſummo Deo conuenit. Ipſe enim non
eſt tale aliquid, nec alicubi eſſe dicitur, quoniam
quod alicubi eſt, continetur loco, & quod conti-
netur loco, corpus eſt. Deus itaque cum non ſit
Rom.11. corpus, non erit alicubi. In illo enim potius dicun
tur eſſe omnia, quam ipſe ſit alicubi. Nec velim
intelligas, ſic omnia in illo eſſe, vt ipſe ſit locus il
la continens. Sunt tamen in illo credentes, tan-
quam lapides viui ſuperpoſiti illi angulari, in
quo, teſte Paulo, omnis noſtra ædificatio creſcit

in templum ſanctum in domino. Hi enim lapides viui, templum Dei integrant in terris, in quo Deus, qui immenſus eſt, inhabitare dicitur. Neque templum ſic de nobis edificat Deus, quaſi de lapidibus mortuis, qui motum ſuum nō habent, ſed de viuis, de quibus locutus Petrus, ait. Et ipſi tanquam lapides viui ſuperędificamini domos ſpirituales in ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum. Hi enim rationales lapides, ideo viui dicuntur, quoniam ſuperpoſiti ſunt fundamento illi, præter quod, aliud ponendum non eſt, vt Paulus atteſtatus eſt. Non itaque locorum ſpacio, vt prætulimus continetur Deus, qui vbique eſſe dicitur, ob ſuam omnipotentiam & maieſtatem. Quapropter conſidera o homo, & contemplare diligenter, quantam & qualem dignitatem aſſecutus es, vt cum tu ipſe templum Dei factus ſis, quanta a te iure ſit præſtanda puritas. Quomodo autem præſtiteris puritatem, ſi omnem malam cogitationem a te expuleris, ſi linguam coherceas, ne loquatur malum, ſi feceris, vt ad mentis tuæ prædium diabolicis artibus nullus pateat additus, ſi tanquam in ſanctis additis, perpetuum animum exornare curabis. Si enim in templo iudaico manu hominum conſtructo ex lapidibus & lignis mortuis, non licebat omnibus, quemuis dignum ingredi, ſed erant multa & varia diſcrimina. Porro alius erat locus ſacerdotibus, alius pontifici ſolo reſeruatus, idque nō ſemper ſed ſemel in anno licebat ingredi, quanto magis cogitare debes quanta ſit opus tibi ſanctitate ornari, qui ſigna maiora acceperis, vt templum viuum ingredi valeas, vt ibi Deum adores &

1. pet. 2.

1. cor. 3.

1. cor. 3.

Heb. 9.

excollas? Vnicum enim erat materiale templum Hieroſolimis edificatum,ſed innumerabilia ubique terrarum templa erexit Deus,longe illo nobiliora & præcioſiora,non materialia,ſed ſpiritualia,non manu hoīum conſtructa, ſed digito Dei viui formata,ab illo ſuperno artifice.Hoc itaque templum virtutibus exorna,& ſic interius exteriuſque præpara,vt templum Dei effici merearis.
1.cor.3. Templum Dei ſi cupis videre,ac in illo orare, ne vadas ad ſinagogam, quæ te ad offuſcantem & tenebroſam literam dirigit, ſed ipſemet templum Dei fias,vt Deus in te habitare dignetur. In templum enim orare cupis Deum, ora eum in teipſum.Sic enim te facere docuerat ille, qui hanc for
Mat.6 mam orandi prębens,ait:Intra in cubiculum tuū, & ora patrem tuum. Parum enim & prope nihil tibi proderit locus materialis,dum Deū oras, niſi tu templum Dei efficiaris interius. Non itaq; hoc templum tam pręcioſum & margaritis ornatum polluas, in quo habitat Deus per gratiam, ne fias a ſpiritu eius alienus. Cura ergo diligēter conſcientiam tuam,& eam rimare quotidie & iugiter,vt templum Dei viui efficiatur, eamq; continue per meditatiouem ingredere,vide quid ſemper agas,quid cogites,quid loquaris, ne tam nobilem habitatorem offendas, ne ſecus faciens deſerat te Deus,& in ruinam vertaris. Accipe conſilium eius, qui lumine duntaxat naturali ornatus
Sixtus. ait.Sic te habeas in opere & cogitatione, vt dignus ſis eo,qui te dignatus eſt filium dicere,& iterum. Quod Deum patrem vocas, huius in actibus tuis memor eſto ſemper. His itaq; præhabitis ſic prima ſententia concordat ſequenti, vt nil contradictionis in illis remanet amplius.

CON-

CONTRAPO. LXII.

DEus exercituum ſiue Deus belli dicitur Deus. ps.79
Deus pacis nominatur a paulo Deus noſter. Rom. 16

Si Deum creatorem cœli & terræ, Deum exercituum eſſe, pluribus in locis ſcriptura commemorat, cur Paulus in Chriſti ſcola edoctus, ſic diſcors fuit a prophetis, vt non ſolum non dixerit Deum, Deum eſſe exercituum, ſed Deum ſummę pacis & tranquillitatis eum vocauerit in ſuis ępiſtolis? Non enim contrarium ſenſum reddunt prę notatæ ſententiæ, niſi obtenebratis & ſuſcis mentibus carnalium hominum, qui interna ſapientię diuinæ penetrare neſciunt, iuxta illud. Animalis 1.cor. 2.
homo non percipit ea quæ Dei ſunt. Vt igitur, & has concordes eſſe oſtendamus, placuit pręmittēdum primo, cur Deus, Deus exercituum ab anti- ps. 79.
quis diceretur, vel Deus Angelorum, ſeu virtutū, vt noſtra traductio continet, dictus autem fuit Deus exercituum reſpectu illius populi Hæbraici, qui Dei populus peculiariter dicebatur, vel ma uis dicas, Domini Dei exercitus. Hi enim Egiptū exeuntes in brachio extento, continue parati erāt ad pugnam, contra illas efferras & barbaras nationes, quas extirpare & deſtruere iuſſerat Deus. Hunc enim populum in manu forti & glorioſe deducens, quadraginta annorum ſpacio pauit in deſertum. Quem poſt modum debellatis ammonitis; madianitis & alijs quam pluribus nationibus gentilium, introduxit in terram fluentem lac & Mel, duce Ioſue filio Nū. Quod autem in ſequenti ſententia, Deus pacis eſſe dicatur, dictis nō Rom. 16
repugnat, vt infra patebit. Porro & huic eandem arbitramur dandam eſſe reſponſionem, veluti il-

eit liberum,ex ſeruo filium,& patrem reddit Deũ ex domino. Hanc pacem ſic dilexerat Chriſtus, vt illam tanquam hæreditarium quoddam reliquerit ſanctis Apoſtolis cęteriſque fidelibus. Ait enim. Pacem meam ego do vobis, pacem meam relinquo vobis. Hęc enim totum hominem purgat a vitiis, rodit vermen conſcientiæ, bella & lites compeſcit, irat comprimit, & diſcordias prorſus ſedat. Hanc qui poſſidet Dei hęres dicitur, filiuſque Dei conſtituitur. Hæc enim pax tantę uirtutis eſſe dicitur, vt ſuperbos calcet, exaltet humiles, inimicos concordet. Hæc alienum non quærit, nihil ſuum deputat, neſcit inflari, neq; extolli, quoniam in illa ſumma tranquillitas, ſumma requies reperitur. Hęc enim totis viribus a viro Chriſtiano, tanquam præcioſum theſaurum cuſtodienda eſt. Hanc licet fere in totum amiſerimus poſt lapſum prothoparentis Adæ, nihilominus Dei filius naturæ noſtræ inſertus, illam nobis denuo meruit ac acquiſiuit ſuo gratioſo comertio, dum nobiſcum viator extitit, ima ſummis reconcilians, ac pacificans, ſuo pręcioſo fuſo ſanguine, vt liquido aperuit Paulus dum colloſenſes alloqueretur. Hanc autem perfectam minime poſsidere poſſumus, dum in militia huius mundi ſumus, ſed illam obtinere expectamus in patria, ſi in bello huius mundi tam accerimo victores fuerimus. In cœlis enim nullum bellum erit poſt hãc vitam, nulla contradictio, ibi enim nihil aduerſi erit, pugnat enim modo fames, pugnat laſsitudo carnis, pugnat ſomni delectatio, & alia innumerabilia incomoda, quibus continue vexatur homo, quouſque hunc mundum inhabitat. Quæ omnia, vnico & breui ſermone Paulus comple-

Io. 14

Pacis efficacia

Col. 1.

Quibus vexatur hõ dum viuit

xus eſt, dum ait: Caro concupiſcit aduerſum ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Vt igitur ad illam ſummam pacem, quę finem non habet peruenire mereamur, accendamur interim igne diuini amoris, & alis fidei & ſpei, dum in hac vita peregrinamur, bellantes fortiter contra vitia & concupiſcentias. Bellamus inquam, contra hos inhumanos hoſtes cum quibus continuam pugnam habemus, vt illis deuictis & proſtratis, reportemus triumphum victorię, & conſequamur coronam iuſtitiæ, quę non niſi legitime bellantibus, confertur a iuſto iudice. In cęlum enim nobis promiſſum eſt, quod modo, dum hic ſumus in terra quęrimus. Quibus ad plenum præhabitis, liquido patet, cur Deus exercituum, dicebatur Deus illius, videlicet, populi durę ceruicis & increduli, illius inquam populi, cuius erat vindex & vltor, nobis autem Deus pacis dicitur ac ſummę dilectionis, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, vt dixerat Paulus.

Gal. 5.

2. Tim. 3

CONTRAPO. LXIII.

Sap. 8. *NEmo poteſt eſſe caſtus niſi cui Deus dederit.*

1. Tim. 5 *Teipſum caſtum cuſtodi ait Paulus cuidam.*

Si nemo caſtus eſſe poteſt, niſi cui cœlitus datum fuerit, vt ſapiens atteſtatus eſt, cur Paulus huic ſententię ſic ſe oppoſuerat, vt diſcipulo ſcribens diceret, Teipſum caſtum cuſtodi? Videtur enim his verbis, caſtum ſe cuſtodire arbitrio diſcipuli reliquiſſe. Hanc autem conciliantes pręter id, quod in altera parte operis noſtri dictum reliquimus & huic placuit dicere, ꝙ ſanctus Apoſtolus, dum diſcipulum hortaretur, caſtum eſſe, non his verbis negauit caſtum eſſe, cœlitus dari,

veluti alia dona hominibus collata, ab illo patre luminum, a quo, teſte Iacobo. Omne datum optimum & omne donum perfectum deſcendit. Hęc autem dona non noſtris meritis, ſed ſola benignitate donantis conferuntur. Hortatur itaque Apoſtolus diſcipulū, quē agnoſcebat caſtitatis. Donū a Deo obtinuiſſe, vt cuſtodiret illud. Hortabatur inquam, ne hanc gratiam a Deo conſecutam negligeret, ſed quantum in ſe eſſet, interius exteriuſque ſic ſe cuſtodiret, vt donum ſibi a Deo collatum, veluti pręcioſum theſaurum in ſe ſeruarēt. Dixerat enim alibi, dum de Deo nobis cooperante loqueretur. Coadiutores enim Dei ſumus. Vult enim Deus & mandat, vt & nos cooperemur ſibi. Dat.n. nobis quod vtile eſt, noſtrū autē eſt accipere & cuſtodire, quod ipſe nobis dat. Sic enim in nobis operatur Deus, ut & nos cum illo operemur. Porro cooperatorem idoneum ſe eſſe oſtendit, qui Deum in bono opere, ſibi adiutorem inuocat. Quapropter ſi quid boni per te operari agnoueris, adiutorē tuum Deum eſſe iudica. Illud enim Deus per te, uel mauis dicas tecum operatur Deus. Ipſe enim poteſt multum, & totum ſine te, tu autē nihil potes ſine illo. Si uis ergo, Dei operatorem dici, et eſſe, noli deficere bonum operari totis tuis uiribus, quoniam tecum operatur Deus. Nec eſt culpandus Deus, ſi interdū per negligentiam, donum quod nobis tribuit, amittimus, non cuſtodientes illud. Dum itaque dat, prębeamus illi aſſenſum noſtrum, qui omni ſe petenti tam benigne ſe offert dicens. Petite & accipietis. Pulſate, & aperietur vobis. Porro petentis negligentia, merito reprehenditur, vti Chriſoſtomi vtar verbis, cū de dantis miſericordia non dubitatur.

Iaco. 1.

1.cor. 3.

operator idoneus quis.

deus oĩa pōt ſine nobis.

Mat.7.

tur. Ipſe enim Deus tantæ benignitatis eſſe dicitur ꝙ non tantum ſe offert dare petenti, ſi bona ſalutis petat, ſed etiam promittit ſe illum adiuuare in opere, vt donum a ſe acceptum ſeruet & cuſtodiat. Hoc autem facit, non ad ſuam, ſed ad operantis vtilitatem, cum bonorum noſtrorum non
ps.15 indigeat. Dum ergo hoc caſtitatis donum dat nobis, totis viribus cuſtodiamus illud corde & corpore, vt illis annumeremur, de quibus in æuangelio dicitur. Beati mundo corde. Dicis autem his
Matt. 5. obijciens, quomodo caſtum cor habere poterimus, ſi id habere in nobis repugnat, Ait enim quidam prophetarum. Prauũ eſt cor hominis. Huic
Hier. 17 autem reſpondentes dicimus, ꝙ licet, poſt lapſum Adæ prauum ſit cor hominis, mundatur tamen, & ſic purificatur a Deo, vt illum videre meratur. Hoc autem cõtemplatus regius vates, & cor immundum in ſe habere cognoſcens, ob peccatum
2.Reg.ii commiſſum in Berſabeæ vxore Vriæ, ad Deum conuerſus petiuit ab eo mundari dicens in p̃s.
ps.50 Cor mundum crea in me Deus. Porro cor mundum ſolus ille poteſt conferre hominibus, qui ad
Ezech.ii ſe conuerſis aiebat, voce alterius prophetæ. Dabo vobis cor nouum. Quibus ſic prahabitis, prior ſententia nõ contradicit ſequenti. Stat enim
Agara. ꝙ homo cor caſtum nec mundum ſe habere poſſit, & ꝙ illud recipiat a domino, qui ſolo ſermone reſtaurat vniuerſa, faciens de incontinente caſtum, de corde immundo mundum, ſed non niſi concurrentibus nobis, & diſpoſitiue illud parantibus, quantum in nobis eſt. Sic enim edocemur ab illo, qui cor mundum in ſe habere cupiens, ſic
ps.59 ſe diſpoſuerat, vt diceret ad Deum conuerſus. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Sit

itaque

itaque harum ſententiarum ſolutio, ꝙ ſicuti ſine Deo, nemo continens eſſe poteſt, ſic ſine Deo, cor caſtum habere nequit. Cum idem ſit continens eſſe, & caſtum habere cor. Alioquin montem ſanctum illum nequimus aſcendere, niſi cor mundum in nobis habere comprobemur. De cordis enim mundicia quidam locutus ait. Ab omni delicto munda cor tuum. Nec putandum eſt, ꝙ ſic dixiſſet, niſi experimento didiciſſet, hoc fieri poſſe ab homine diſpoſitiue, voluntate, videlicet, credendo, ſperando, diligendo, corpus caſtigando, iniurias ignoſcendo, inſtanter orando, & cætera bona opera faciendo. His enim hoſtijs promeretur Deus. Porro hoc cor ſic diſpoſitum & paratum a nobis petierat ille, qui nimia charitate ardens, aiebat. Fili præbe mihi cor tuum. De corde ſic diſpoſito ad emẽdationem, quam (vt prætulimus) fit effectiue a ſolo Deo locutus dilectus diſcipulus, ait in ſua canonica ẽpiſtola. Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, quoniam quicquid petierimus, accipiemus ab eo. Simus ergo caſti, quantum in nobis eſt auertentes oculos cordis noſtri a vanitatibus, & prauis cogitationibus, quæ militant aduerſus animam, & toto poſſe noſtro cuſtodiamus in nobis hoc donum cęlicum, ſi in nobis eſt. & ſi nundum illud habemus, petamus illud humiliter nobis dari ab eo, qui ad nos de cœlis veniens donauit ſe cum oĩbus, vt Paulus in ſuis epiſtolis dixit.

ps. 23
Sap.
Heb. 13
Pro. 23
1. Io. 3
1. pet. 2.
Rom. 8

CONTRAPO. LXIIII.

Chriſtum factum ſub lege legimus. Gala. 4
Chriſtum ſuper legem fuiſſe credimus.

Si Chriſtum ſupra legẽ fuiſſe elicimus ex ſcri-

ptura, a qua diſcors non fuit Diuus Ambroſius in Homilia quadam, cur Paulus ex aduerſo atteſtatus eſt, Chriſtum ſub lege factum, eique ſubiectum fuiſſe? Quod autem ſupra legem fuerit, ex eius operatione manifeſte oſtenſum eſt. Operabatur enim imperando tanquam Deus. Ait enim. Adoleſcens tibi dico ſurge. Puella ſurge. Lazzare veni foras. Leproſo, Mundare, & ſimilia, Quibus vſus non eſſet in his operationibus, niſi fuiſſet Deus, eandemque poteſtatem haberet, quam pater habet. Apparet etiam eum ſuper legem fuiſſe in ſabbati ſolutione, infirmos, videlicet, ſanando, oppreſſos a diabolo liberando, & alia ſimilia, quæ facere ei non licuiſſet, niſi fuiſſet dominus ſabbati. Nec obſtat, quoniam oppoſitũ appareat ex aduerſo, vt puta circũciſus die octaua, munera legalia pro ſe oblata quadrageſima die, tributum ſoluere, & multa alia, quæ enarrare longum eſſet, quoniam talia operationi alterius naturæ, quam in tempore aſſumpſerat tribuenda ſunt, quibus inſinuauit ſe hominem fuiſſe. Porro ſecundum hanc partem, non ſolum minorem patre, ſed etiã legi ſe ſubiectum fuiſſe manifeſte oſtendit. Geminam itaque in eo fuiſſe naturam, diuinam & humanam, nemo fidelium eſt qui dubitet, per alteram enim ſupra legem, per alteram autem legi ſubiectum eſſe voluit, vt oſtenderet ſe, nõ tantum fuiſſe Deum ſed et hominem, & vt exemplo ſui diſceremus, ad quantam humilitatem deſcenderat ille, qui in maieſtatis triclinio ſedens, ſuper omnes eſt, & ſuper omnia. Non ergo mireris homuncule, ſi legi ſubijci voluit, qui vſque ad perfectam ętatem ſubditus eſſe voluit pauperrime matri, & putatiuo patri, vt refert

Luc.7 Matt.9 Io.11

xps dñs ſabbati.

Luc.1

natura duplex ĩ Chriſto.

Rom.9.

ſuangeliſta. Non inquam mireris illum legi ſubÿci voluiſſe, qui permiſerat ſe in deſertum à Sathana moleſtari & tentari. Non mireris, illum ſubÿci legi, qui vt noſtram operaretur ſalutem, permiſit ſe a militibus præſidis capi, ligari & flagellari a Iudeis ſperni & villipendio haberi, ac demum in cruce poni, in medio ſcęleratorum hominum. Hæc autem omnía, in ſe fieri permiſerat, vt hominem humiliaret, qui contra Deum peccando ſe erexerat, & vt exemplo ſui, diſceremus humiles & abiectos eſſe, ſubiectoſque omni homini propter dominum, veluti docuerat Petrus in ſua canonica. Scire autē te volo optime lector, aliud eſt eſſe in lege, aliud ſub lege, aliud ſine lege, & aliud eſſe ſupra legem. Primum Iudeis conuenit, qui in legis cortice, tanquam carnales, & cęcutientes, requieſcunt. Secundi ſunt Chriſtiani, qui ſub lege ſpiritaliter intellecta quieſcunt. Tertÿ ſunt gentiles & Maumethani, qui ſine lege Dei viuunt & innituntur ſenſibus, tanquam bruta animalia. Chriſtus vero ſolus, tanquam priuilegiatus, ſupra legem fuiſſe dictus eſt, cui & tota lex tanquā capiti, & fini omnium ſe tranſmittit. Iuquit enim Paulus. Chriſtus eſt finis legis. Qui ergo in lege eſt, agit prout litera ei ſe offert, nec vltra progreditur, cum velamen ſit poſitum ſuper cor eius. Qui autem ſub lege militat, prout a Chriſto perfecta eſt, operatur in illa ſecundum ſpem vitæ æternæ, et veluti a Xp̄o ſibi promiſſum eſt, audit et credit. Ipſe enim de ſe ſequentibus locutus, ait. Et ego vitam æternam do eis. Hic enim ſolus cum eſſet Deus, & patri æqualis, poterat ſtatuta et traditiones mutare, eaſque ad meliorem ſortem deducere, cum omnium poteſtas ſibi fuiſſet a patre collata.

Matt. 4
Io. 18
Mar. 15
Matt. 11
1. pet. 2
Aliud in lege aliud ſub lege.
Rom. 10
2. cor. 3.
Io. 10.
Mat. 28

collata. Iccirco in eo ꝗ Deus erat, nõ ſub lege, ſed ſupra legem fuiſſe, merito credendum eſt. Sit igitur præmiſſarum conciliatio vt dicamus, Chriſtum legi ſubiectum fuiſſe, ſecundum naturam aſ-
Io. 14 ſumptam, ſecundum quam minorem ſe eſſe patre dixerat, ſupra legem vero ſecundum aliam naturam, quam communem habet cum patre. Non
theologi ideo tranſgreſſor legis dicendus eſt, ſi infirmum ſanat in ſabbato, et ſi obſeſſum a diabolo liberat. Quoniam cum humanitas illa inſtrumentum eſſet diuinitatis, poterat ad libitum hæc & ſimilia facere. Porro per verbum, & non per legem factus eſt mundus. Nec ob hoc, quoniam Chriſtus pluries laborauit in ſabbato dicendum arbitramur, ꝗ repudiatum ſit ſabbatum a Chriſtianis, ſed magis firmatum & ſtabilitum, quoniam ſpiritaliter retentum a ſanctis, carnaliter obſeruari
Luc. 14 deſtitit. Adimpletur enim lex moiſi, & non ſoluitur, dum in ſabbato fit a Chriſto hominis renouatio, & bene operatur in ſabbato, qui in mundi fabrica quieuit in ſabbato, vt ſic ſe creatorem annuens, operibus intexeret opera, & proſequeretur opus, quod ipſe in temporum initio iam ceperat. Vt ſi faber domum innouare diſponat, non a fundamẽtis, ſed a culminibus incipit demoliri ve-
in ſabbato quid attẽdendum. tuſtatem. Porro in ſabbati obſeruatione, quædã ſpiritalia attẽdenda ſunt, vȝ, cordis requies, mẽtis tranquillitas, quam facit pura cõſcientia. Ibi. n. ſanctificatio dr̃, qm̃ ibi ſpiritus Dei eſt. Spiritale. n.
Sabbatũ ſpiritualiter obſeruare quid ſit. ſabbatum ille obſeruare dr̃, qui ſe ita temperate operibus terrenis accommodat, vt tamẽ lectioni, orationi, & contemplationi, & ſi nõ ſemper, ſaltẽ frequẽter inſiſtit, vt Aug. ait: Illa aũt ſabbati obſeruatio, quę aqud Iudeos in miſterio erat, ſacro

quoddam

quoddã figurabatur, vt hodie a nobis ſub pcepto nõ obſeruaretur, ſed ſolũ quod ſignificabat intuerentur. In illa.n.requie, vbi opera ſeruilia iubẽtur ceſſare, magna eſt altitudo grẽ Dei. Tunc.n.cum requie opa bona fieri dicuntur, cũ fides p dilectionẽ operatur, timor.n. tormentũ habet, & in tormẽto quę requies eſſe põt? Sabbatũ itaq; requies ſancta dr̃ domino, quę tunc plena erit, dũ cõſecuti fuerimus, quod p ſabbatum illud, nobis in figura promiſſum eſt. Et ſic pacatę redduntur prenotatæ ſententiæ initio adductę, vt nulla in illis amplius remaneat controuerſia. Gal.5

CONTRAPO. LXV.

Crucem portare ac in illa pendere execrabile. Deut. 21
Crucem tollere & portare honorificum alibi. Mat.6.

Si crucem portare & in illa pẽdere, ſit execrabile erat apud priſcos, vt malediceretur qui pẽderet in illa, ait enim Moſes. Maledictus qui in ligno pependerit, cur Chriſtus ex aduerſo commendauit ſe ſequentẽ et ferrentem crucem. Clarum enim eſt per lignum crucem ſignificari, in quo figebantur, qui enormia crimina committebant antiquitus. Statutum enim erat & conſuetum, reum ſuper ſe portare lignum, in quo figendus erat, iccirco et ſuper ſe portauit Chriſtus crucem, & modo apud Maumetanos idem ſeruatur, vt ſuper ſe lignum ferrat, qui per illum transfigẽdus eſt, vt vidimus. Quapropter vt & has concordie demus placuit dicere, q; de nobiliori cruce in poſteriori ſententia locutus eſt Chriſtus, quam nõ ligneam manu hominum fabricatam eſſe nouimus, ſed excellẽtiorẽ ab artifice celeſti paratam vnicuique prout ſibi complacuit qua vetus homo mortificatur & crucifigitur. Ioan.19 Rom.14

ciſigitur. Hęc.n. Crux, iugiter portanda eſt a fideli
1. cor. 5 bus, & tranſfigenda claro timoris Dei, quouſqꝫ
abſorbeatur mors in victoria Portanda ergo eſt
a nobis, ne ſolutis & liberis membris, reluctan-
tem portare non valeamus, Nec Chriſtum domi
num: omnino ſequi valemus, niſi hanc crucem
Mar. 8. ſuper nos portemus, ait enim. Qui vult venire
poſt me, crucem ſuam accipiat, & ſequatur me,
Vetus itaque homo quem de Adam tranſgreſſo
Rom. 6 re trahimus, in hac cruce crucifigendus eſt. Nec
obſtat, quoniam Chriſtus eum ſemel vicit, & de
Col. 2 bellauit, dum in cruce penderet. Veterem enim
hominem agebant illi antiqui patres, ſub lege de
gentes, ob peccatum prothoparentis. Hunc itaqꝫ
in cruce ſuſpendere voluit Chriſtus, vt poſtmodū
nos ſequentes illum, in nouitate vitæ ambulare-
Rom. 6. mus. Hoc miſterium manifeſte aperuit Paulus,
dum cum Romanis ageret. ait enim. Sciētes quia
vetus homo noſter, crucifixus eſt cum illo, et cau
ſam ſubinferens, eo in loco addidit dicens. Vt eua
cuetur corpus peccati. Porro huius veteris homi
nis crucifixio figurata fuit in cruce domini, velu
ti noui hominis inſtauratio in reſurrectione eius.
Nec vetuſtate iſta carere poteramus, niſi Chri-
ſtus in noſtra crucifigeretur infirmitate. Quapro-
pter, quod antiquitus erat opprobrium, factū fuit
triumphus. Porro ſicuti nullum genus mortis
horribilius, nec execrabilius erat apud priſcos, cru
cis ſupplicio, ob quod maledicebatur qui in illa
pendebat, vt prætulimus, ita modo e contrario,
nullum genus mortis ſuauius nec iocundius eſ-
Genus mortis xp̄i ſuaue. ſe poteſt huius crucis morte, quæ leuis & ſua-
uis facta eſt per Chriſtum, vt non amplius op-
probrium dici debeat, ſed triumphus quam ma-
ximus

ximus. Quapropter Paulus in illa ſola gloriari didicerat, ſcribens Galathis. Hanc crucem, niſi cũ illo portemus, minime cum illo regnare poterimus. Si tollerabimus inquit Ambroſius, & conregnabimus. Quæ quidem Crux, licet, non aſſuetis eam portare, dura & aſpera videatur propter reluctantem carnem, eſt tamen dulcoroſa & ſuauis guſtantibus cœleſtia. Hanc letanter portantes Sancti Apoſtoli pro nihilo ducebant cruciatus et minas impiorum hominum & tirranorum. De hac enim cruce Auguſtinus locutus, ait. Crux Chriſti baculum eſt, quo mare mundi huius tranſeamus. Porro licet fuerit prius nomen condemnationis, eſt tamen modo nomen honoris & ſummæ laudis. Portemus igitur eam libenter Chriſtum ſequentes, vt membra illius effici mereamur, qui vt nos a legis maledicto liberaret, factus eſt pro nobis maledictum. Nullum ergo genus mortis formidet Chriſtiana libertas, quę talem & tantum meruit habere præcurſorem et crucem ferrentem. Portemus igitur illam, prout vnicuiq; propria parata eſt a cęleſti carpentario. Sufficit enim alienam portaſſe Simonem Ciręneum. Portemus inquam crucem, & ſequamur Chriſtum, qui crucem pro nobis portauit. His præhabitis addendum placuit id, quod Auguſtinus longo ſermone de cruce locutus eſt. Dixit enim duo eſſe crucis genera, vnum quippe corporale, & aliud ſpirituale, per primum enim appetitus gule & luxuriæ a delectationibus & molliſsimis ſuauitatibus coercere, atque ab his quæ tactum, viſum, guſtumque decipiunt abſtinere. Alterum uero præcioſius & ſublimius, quod eſt motus animi regere, pernubationeſque illius modeſtię tranquillitate

Gala. 6.

Crux quibus ſuauis.

Auguſt.

Galat. 3

Luc. 9

Auguſt.

Crucis duo gñа.

qualitate placare iræ,ac ſuperbiæ impetus, quaſi feram beſtiam refrenare litigare quottidie contra propria vitia,increpare ſe,quaſi quadam cenſura auſteritatis & virtutis, rixamque quodammodo cum homine interiore conſerere,cogitationes malas in poteſtatem redigere, proprias voluntates abnegare,eaſque interiori examinatione diſcutere:& regentis imperio ſubiugare. Hæc enim qui facit,prærupto paſsionis muro,violenter ad cœlorum regna conſcendit. Vim itaque, ſibi factura eſt anima, vt palmam laborum viribus contendat eripere. De hac enim cruce quam poſterius diximus,putamus Chriſtum fuiſſe locutum, dum ſe ſequenti ait Et tollat crucem ſuam & ſequatur
Luc.9 me. Non ergo vlla contradictio amplius remaneat in ſententijs præhabitis in initio, quoniam licet malediceretur olim,qui in ligno pendebat,mo
Deu. 21 do autem maledictio in benedictionem commutata eſt,vt Paulus docuit.

CONTRAPO. LXVI.

Mat. 31 *Sabbatum cuſtodiendum perpetue mandatur.*
Io.7 *Sabbatum pluries ſoluit Chriſtus dum nobiſcum fuit.*

Si tanta celebritate mandauerat Deus olim in lege cuſtodiri ſabbatum,vt neci dandus eſſet, qui polluiſſet illud. Ait enim Moſes voce domini. Cuſtodite ſabbatum meum, ſanctum enim eſt, qui polluerit illud morte moriatur. Cur vnigenitus Dei filius, qui vna cum patre præceptum de ſabbato dederat, ſoluit illud pluries, dum ageret nobiſcum, infirmos videlicet curando, obſeſſos a demonibus liberando? Nonne Matteus inter alia, quæ narrat,refert, ꝙ ſabbato manum
Mat. 12 aridam habentem ſanauerat Chriſtus? Quid igitur

tur ad hæc dicturi ſumus? Si ipſe met qui legem prius dederat de ſabbati cuſtoditione, ſic paruidu xerat hoc præceptum de ſabbato, vt libere opera retur in illo? Qualis enim eſt hic præceptor, qui alios conſulit verbo, quod ipſe non facit exemplo? Profecto adagium eſt. Turpe eſt doctori, cũ culpa redarguit ipſum. Nonne in ipſo torqueri poteſt, quo dicitur. Medice cura teipſum? Cui ergo adhibenda erit fides, ſi veritas in ſeipſam contraria apparet? Quod .n. aliĳs faciendum præcipit, ipſemet illud idem ſoluit? Quapropter Scribbę et Phariſei hec fieri videntes, conqueſti ſunt dicentes. Non eſt hic homo Dei, qui ſabbatũ nõ cuſtodit. Non enim hæ ſententiæ initio adductæ contrarium ſenſum reddunt, niſi male ſentientibus de ſcripturis, his inquam, qui interna diuinæ ſapientiæ penetrare nequęunt. Iccirco & has conciliare curantes placuit dicere, poſteriorem ſententiam, non ſic intelligendam eſſe, prout illam citauimus. Eſt tamen ſenſus, quo illam intelligendam eſſe duxinus. Porro ſanare infirmos, leproſos curare, obſeſſos a demone liberare, & mortuos in ſabbato ſuſcitare, non eſt ſabbatum ſoluere, quinpotius ſumma obſeruantia cuſtodire. Chriſtus enim cum eſſet dominus ſabbati, poterat hæc facere, et ſimilia. Vel dicamus clarius, ꝙ Chriſtus hęc operando & miracula faciendo, ſine præiudicio ſabbati operabatur, cum iam finem acceperit mandatum de cuſtoditione ſabbati, ipſo Chriſto aduentante. Non enim ſoluit ſabbatum, cum iam ſucceſsiſſet ſabbato lex noua, licet aliter appareret Iudeis cæcutientibus & legentibus corticem literæ tantum, vmbram & non veritatem valentes apprehendere. Quapropter phariſeos & legiſperitos

Cato

Luc. 4

Ioan. 9.

Luc. 14. giſperitos increpans ait. Cuius veſtrum aſinus, aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum in die ſabbati? Non igitur ſoluebat ſabbatum infirmos ſanando et lepro ſos mundando. Priorem vero ſententiam, licet alias in ſuperiori parte explanauerimus pluries, nihilominus et modo ſuperaddendum duximus dicentes, ꝙ ſabbati mandatum potius intelligendum eſt a nobis ſpiritaliter, quam corporaliter, nobis inquam, qui non amplius militamus ſub lege, ſed ſub principe Chriſto. Profecto verus venerator eſt ſabbati ille, qui ſe ita temperate terrenis operibus accommodat, vt tamen orationi & meditationi, & ſi non ſemper, ſaltem frequenter inſiſtit. Qui vero è conuerſo, inquietus eſt & terrenis actibus iugiter implicatur, hic illam requiem habere non poteſt, quam ſabbati cuſtoditio figurat. Nos igitur, qui iuxta Pauli ſententiam, ſenſum Chriſti habemus, uerius & perfectius ſabbatum obſeruamus, in diem dominicum permutatum. Sic autē, illud oſſeruare debemus, non vt in iſta vita quieſcere exiſtimemus, ſed vt omnia quæ fauore & præſidio Dei hic operamur, non habeamus intentionem, niſi ad illam futuram requiem ſempiternam quam ſabbatiſmum vocauerat Paulus, dum Hæbreos alloqueretur. Relinquitur itaque ex iam præhabitis, quod obſeruare ſabbatum fructuoſe, eſt ab omni peccato ſe abſtinere, potiuſquam ab operibus manuum ceſſare. Male itaꝙ ſabbatum celebrare dicitur, qui ab operibus bonis vacat tali die. Porro & ſabbatum cordis nobis indixit Deus, ſub figura illius primi ſabbati Iudeis indicti. Ocium vero ab iniquitate, Chriſtianis omnibus debet eſſe perpetuum, & ſabbatinis diebus et

ſabbati venerator

1. cor. 2.

Heb. 4.

cæteris

cæteris alĳs, quoniam bona conſcientia non inquietum,ſed tranquillum facit animum. Sed quoniam ad conſequendam ſalutem non ſufficit declinare ab iniquitate,ſed oportet,vt & bonis operibus iugiter inſudemus,iccirco,vt tanquam idonea membra capiti conformemur ſanctificemus ſabbatum,vacantes Dei operibus, quæ tunc Dei opera, potiuſquam noſtra eſſe dicuntur quando ad hoc ſabbatum adipiſcendum,Deo imputatur, ſed ſi e contrario illa nobis tribuimus, ſeruilia dicenda erunt,cum de ſabbato dicatur.Omne opus ſeruile non facietis in eo.Et ſic abſq; vlla contradictione pacatæ relinquuntur ſententiæ.

Bona cõſcientia tranquillũ aĩum. facit.

Exo.20.

CONTRAPO. LXVII.

Omnia quæ pater habet mea ſunt. Io.17

Veni vt faciam patris mei opera. Io.5.

Quæ enim patris opera Chriſtus venerat facere,quæ ſua non eſſent,ſi omnia quæ pater habet, ſua eſſe dixerat.Dixit enim.Omnia quæ pater habet,mea ſunt.Et iterum.Omnia mihi tradita ſunt a patre meo.Nõ ergo aliena opera faciebat Chriſtus,ſi ea quæ patris erant ipſe faciebat. Magna enim vnitas,magna equalitas.Nec obſtat, quod non nulli nondum apertis oculis reſpiciẽtes, ſomniant,qui dicere conſueuerat, ꝙ pater operando facit iubendo, filius autem obſequendo, eapropter & diſsimiliter.Nunquid quia pater iubet, filius autem obſequitur,non eſt eius naturæ, quoniam ille iubet hic obſequitur? Inquit enim Auguſtinus ille ſanctus.Dá mihi duos homines,patrem,videlicet,& filium,homines enim duo ſunt, qui iubet homo eſt, & qui obſequitur homo eſt. Qui iubet & qui obſequitur, vnam eandemque

Auguſt.

habent naturam. Nunquid ille qui iubet num de natura ſua genuit filium? Nunquid ille qui obſequitur, obſequendo naturam perdidit? Accipe ergo interim quomodo accipis duos homines, patrem iubentem filium obſequentem, tamen Deũ & Deum, ſed ſimul iſti duo ſunt homines, ſimul illi vnus Deus. Amplius ſi vis vt tecum agnoſcã obſequium, prius mecum noſſe naturam. Hoc genuit pater, quod ipſe eſt, ſed ſi aliud genuit pater, quam quod ipſe eſt, non verum genuiſſet filium.

Eadem ſunt patris opa & filii.

Non igitur alia ſunt patris opera, alia filij, aut aliter operatur pater, et aliter filius, quoniam eadem facit pater, & filius. & ſimiliter. Quanquam filius, quandoque operationem ſuam taceat in patris opere, quandoque vero paternum nomen ſileat in opere ſuo. Hoc autem diſcrimen eſſe noueris ſi diſcrimen dici libeat, inter patrem & filium. Quoniam pater quicquid facit, quicquid operatur, illud a ſemetipſo habet, filius autem quicquid habet, aut operatur, hoc a patre acceptũ recognoſcit. Dixit autem, vt prætulimus, omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Nec obſtat, quod Chriſtus alibi dixerat, dũ de operibus a ſe operatis locutus eſt. Pater in me manens, ipſe facit opera tanquam, ꝙ ipſe non cooperaretur patri, cum humanitas illa inſtrumentum fuerit totius trinitatis. Porro nec ſine ſpiritu ſancto facta ſunt, iſta opera, qui ſimul cum patre & filio gubernat & regit omnia, veluti ſimul cum illis creauit omnia. Nam omnium opera ſunt cœlum & terra, mare, & cętera omnia, quæ cœli ambitu continentur. Omnia enim per filium patrem habentem in ſe manentem, operata ſunt, nec vnus ſine alio quicquam operatus eſt, ſed ambo ſimul, & ſimiliter,

Luc. 10 · Ioan. 14. · Io. 1.

Concludentes

Concludentes igitur, quæ ſupra memorauimus dicimus, præmiſſa conciliantes, ꝙ illa quæ filius atteſtatus eſt ſe veniſſe, vt faceret, illa eadem & patris erant opera.

CONTRAPO. LXVIII.

Vir uxoratus commendatur. in p̄s. ps. 127.
Vtrum ſpadonem laudauit Chriſtus. Mat. 10.

Si vxoratus ſic commẽdatur in p̄s, vt de illius vxore Dauid locutus dixerit. Vxor tua ſicut vitis abundans. Sapiens vero de tali viro locutus, ait. Mulieris bonę beatus vir. Cur Chriſtus ex aduerſo ſic laudauit ſpadonem in ęuangelio vt diceret. Sunt Eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum? Nonne ipſe vna cum patre, in initio temporum matrimonium inſtituerat, coniunxeratque marem cum femina in ſacramentali coniugio, vt prolem procrearent? De hoc coniugio enim Paulus cum Hębreis locutus, ſic eum commendauerat, vt vocaret illud. Venerabile cō nubium. Cur itaque Chriſtus eo reiecto, ſic commendauit virum ſpadonem? Huic autem quæ nō nil contradictionis in ſe continere cernitur, dicendum placuit, ꝙ lex antiqua eadem cauſa commẽ dauit connubium, qua lex noua laudauit ſpadonem. Coniungit enim lex vetus mulierem cum viro, vt ſimul bene viuentes, prolem multiplicẽt, & vt regnum adipiſcantur ęternum, quorum alter relinquendus conceditur per Paulum, ſi alteri impedimento fuerit ad ipſum regnum conſequendum. Vtrunque tamen commendatum fuiſſe legimus a domino, coniunctio videlicet maris et femine in ſancto coniugio, & alterius relictio ob impedimentum præhabitum. Eſt nihilominus li-

Eccl. 26.
Heb. 13
1. cor. 7.

bertas & non mandatum huiuſmodi relictio alterius, propter adipiſcendum regnum, Licet hoc
Mat. 19. non ſemper neceſſe ſit. Hi vero ſpadones non ſolum commendantur in euangelio, ſed etiam a do
Eſa. 56. mino in lege veteri, dicente illo & capaces fuerint teſtamenti mei, dabo illis in domo mea, & in muro meo locum nominatiſsimum, meliorem multo filiorum atque filiarum, nomen æternum dabo illis, quod nunquam deerit. Nec putandum eſt, ꝙ dominus intellexerit hoc in loco de ſpadonibus in carne factis, meliorem locum dari in domo dei, quam coniugatis, quinpotius de ſpadoni
ſpadones ſpūales qui ſint dicendi. bus litera intelligenda eſt, qui pio propoſito ſe cōtinentes, corpus vſque ad contemptum nuptiarū ſpiritui ſubijciunt, non in corpore, ſed in ipſa concupiſcentiæ radice ſe caſtrantes, cęleſtem & angelicam vitam in terrena mortalitate actitantes, cō iugatorum meritis pares ſe eſſe ſatagunt, & contendunt, ſecundum quem ſenſum Chriſti ſententiam intelligēdam eſſe credimus, propter id quod in illa ſubinfertur, dum dicitur. Qui ſe caſtrauerūt propter regnum cœlorum, adipiſcendum ſupple.
Mat. 19. Quibus verbis manifeſte oſtenditur, quod ſacramentum de carnali coniugio, futuris temporibus moderandum erat ab illo, cui omnis poteſtas in
Mat. 28. cœlo & in terra conferenda erat a patre. Quod poſtmodum in clauſtralibus et continentibus adimpletum fuiſſe cernimus. Dicant quicquid velint, qui contrarium ſenſum habent. Porro dum in prȩnotata prophetæ huius ſententia inſeritur.
Eſa. 56 Et dabo eis locum multo meliorem, oſtendit & coniugatis locum dari, ſed multo inferiorem ſpadonibus, ſe caſtrantibus propter regnum cœlorum, quoniam comparatiuum, præcurſorem prȩmittit

mittit poſitiuum. Relinquitur igitur ex iam præhabitis, ꝙ hi qui pio & ſancto propoſito ab vxore ducenda ſe ſtudioſe cuſtodierint, ſeipſos caſtrare dicuntur propter regnum cœlorum. Qui vero hoc faciunt, non eadem cauſa, ſed duntaxat, vt coniugales moleſtias fugiant, & deuitent, veluti multi faciunt, hic temporibus, hi profecto quicquam amplius cęteris non habebunt in regno cęlorum, quoniam non his, ſed prioribus iam dictis promittit Deus ſe illis daturum locum nominatiſsimum in domo ſua, ac in muro ſuo. Et ſic patet quomodo vir Eunuchus præſtat viro vxorato, non ſolum in euangelio, ſed etiam in lege veteri.

CONTRAPO. LXIX.

D*Ei perfecta ſunt opera. ait Moſes in Cantico.* Deu. 32.
Non eſt malum in ciuitate quod non feceris dominus. Amos. 3

Si Moiſes de Dei operibus locutus in quoddã cantico atteſtatus eſt illa non tm̃ bona eſſe, ſed & perfecta. Cur ex ſententia cuiuſdã prophetarũ ex aduerſo elicitur non eſſe malum in ciuitate quod non fecerit dominus? Nonne qui bona fecerat in illo temporum initio, bonum ſemper facere dicitur? Prout legifer Moſes atteſtatus eſt, in rerum omnium cręatione. Repugnat enim illi qui ex ſua natura ſemper bonus dicitur, malum aliquod facere. Nonne Ezechias Rex Ieruſalem, dum de Deo loqueretur, ait: Deus bonus cunctis propitiabitur? Vnde igitur hauſit Amos propheta, ꝙ nullum malum eſt in ciuitate &c? Hæc enim valde perturbant ſimplicium mentes. Sed ſi poſteriorem ſententiam, quę priori contraria offertur, limpidis oculis contemplari placuerit, luce clarius

2. par. 30 — Amos. 3

agnoſcemus, ꝙ nõ de malo penę ſed de malo culpę propheta locutus eſt. Porro duo eſſe malorum
Malorũ duo gña genera nouimus, peccatum, videlicet, et pęna peccati. Prioris enim eſt auctor homo, non ex natura, ſed ex vitio. Omnia enim quæ Deus facit, bo-
Gene. 1. na ſunt. Alterius vero mali auctor interdum dicitur Deus, dum, videlicet, peccatorem hominem punit in hoc mundo, aut damnat illum in altero. Diuina enim prouidentia vniuerſa iuſte gubernãte, ita homo male facit quod vult, vt malum patiatur quod non vult. Nam licet Deus in ſcripturis, hoc malum pęne cauſare dicatur, non ſic intelligẽdum eſt, ꝙ hoc, malum ſit illi, ſed illis in quos vindicat, malum eſt. Quantum ad ſe pertinet,
Deus cũctis ẽ beneficus. Deus cunctis eſt beneficus, omnibus bona conferens, licet aliud appareat, oculos lipoſos habentibus. Porro omne iuſtum bonum eſt, & iuſta dicitur illa vindicta, quam male operantibus æquiſſime infert. Eapropter quamuis Gęhenna malum
pſ. 37 ſit damnato, iuſtitia tamen Dei bona eſt, quę vnicuique tribuit iuxra opera ſua. Hæc enim mala pęne, quæ merito peccantibus inferruntur, licet in Deo iuſto reducenda ſint, ſunt tamen mala his, quibus iuſtæ inferruntur. Vult enim Deus & diligit omnibus bonum, quantum in ſe eſt, ſolem ſuæ diuinæ gratiæ expandens ſuper bonos & ma-
Mat. 5. los. Porro interdum cogitur, prout ſua iuſta expoſtulat, mala inferre malis & peccantibus. Iu-
pſ. 10 ſtus enim dicitur in ſcripturis, & omnis iuſtitiæ fons & origo, cogitur nihilominus interdum punire tormentis, quẽ decreuerat in cœlis coronare.
Heb. 12. Sunt autem hæc mala, quibus Deus; non ſolum punit hominem reum, ſed etiam viſitat quem in filium recipit, flagella & afflictiones, vt huiuſmo

di

di pęnis emendatus & expurgatus, vas in honorem effici mereatur, qui ſi ad Deum reuerti neglexerit, perpetuis cruciatibus ac ignibus infernalibus deputandus eſt, vt ardeat, Porro licet cũctis bonum facere ſit Deo coeuum. Eſt tamen a ſe alienum malum inferre homini, alterum enim iuſtitia requirit, alterum vero natura permittit. Eſto igitur bonus, vt Deus ſit tibi beneficus et bonus. Eſto bonus, ut potius ſit tibi pater miſerãdo, quã iudex te puniendo. Colligimus itaque ex iam præhabitis, ꝙ Deus cunctis eſt bonus, cunctiſqꝫ bonum faciens, nemini vero malum facit, niſi demerentibus nobis. Sis igitur tu bonus, vt Deum bonum tibi inuenias. Bonum fac, vt ille ſit tibi propitius, dilige potius illum patrem pium habere, quam ſeuerum iudicem. Qui ſi interdum malum tibi fecerit, patienter ſuſtine, quoniam quem ipſe in filium recipere meditatur, hunc flagellis & perſecutionibus viſitare diſponit, corripit enim quempiam temporaliter, vt non cogatur illum perpetuis cruciatibus deſtinare. Non ergo terrearis ſi iuſte viuens aliquando flagellaris, ſed patienter ſuſtine, & conſilium accipe illius, qui in huiuſmodi flagellatione expertus, dicit tibi. Expecta dominum, & viriliter age, & ſuſtine dominum. Ad hoc enim flagellat te in hoc mundo, vt hęreditatem incorruptibilem tibi in altero præparet Filio enim flagellato ſeruatur hęreditas. Qui vero e contrario voluntati ſuę male dimittitur, exhęredatur. Non ergo de Deo murmures, ſi ab illo flagellaris, & iniquis illum parcere vides, quia emendato filio hęreditas reſeruatur, ut pręmiſimus. Siue enim flagellet Deus, ſiue quempiam blandiatur, eum erudit vt hęreditatem ſibi paret.

Rom. 9

De⁹ quibus dicit bonus.

Heb. 12

ps. 26

CONTRAPO. LXX.

ps.68 *FIat menſa eorum coram ipſis in laqueum:*
Mat.5. *Diligite inimicos veſtros & orare &c.*

Si primus Dauid ſpiritu Dei ſuuectus, ſic malum contra aliquos imprecatur in p̃s, vt dicat. Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, cur ſecundus Dauid, ideſt Chriſtus dominus noſter, ſic ſe diſsimilem obtulit huic ſententiæ, vt inimicum etiam diligendum mandauerit, prout in poſteriori ſententia ſubinfertur? Huic autem quæ aliqualem contradictionem in ſe videtur includere, dicendum arbitramur, ꝙ Dauid, iccirco imprecatus eſt malum in inimicum hominem, quoniam per legem veterem, non conſtringebatur illum diligere, quamuis hæc imprecatio non optantis uoto, ſed potius prophetantis eſſe videatur. Prophetæ enim ſancto ſugerente ſpiritu, per huiuſmodi imprecationes quid eſſet futurum cecinerunt. Ipſi enim imprecantis figura, futurum prædicere conſueuerant. Porro figura præteriti temporis, ea quę
Iac.1 ventura erant ſepe cecinerunt. Lex vero noua, quæ a Iacobo lex perfectionis dicitur, ſic ampliauit & extendit dilectionem in hominem, vt non tantum amicum, ſed etiam inimicum præceperit diligi, Amicum, videlicet, in Deum, & inimicum propter Deum. Diligite inquit inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos. Sunt vero, hi ini-
Luc.6 mici (ut Auguſtini vtar verbis) plus diligendi, quam amici, quoniam qui inimici ſunt, licet corpori aduerſentur, animæ tamen præmia æterna præparant. Qui enim terrena & carnalia rapiũt, nobis. Spiritualia in cęlis congregant. Secundum quem ſenſum non ambigimus, Chriſtum fuiſſe

locutum,

locutum,dum cum diſcipulis ageret.Ait enim.Si diligitis eos,qui uos diligunt,quam mercedem habebitis apud patrem,q.d.nullam.Porro hæc dilectio,cum ſit connaturalis homini,quoniam omne ſimile diligit ſibi ſimile,communis videtur eſſe nobis & beſtijs.Pro qua,teſte Chriſto,& peripatetico,nec meremur,nec demeremur.Amici uero carnis noſtræ e contrario faciunt, ſuauia enim nobis ſuadere contendunt,quæ animæ noſtræ nõ æterna præmia,ſed mortem parant,non qualemcunq;,ſed ſempiternam.De his enim amicis,quos inimicos nominauit Chriſtus,in euangelio ait. Inimici hominis domeſtici eius.Vel aliter explanantes priorem dicamus,ꝙ illi quibus regius vates malum imprecatur in p̃s,ex illo genere eos ſore agnouerat,qui ſuam etiam agnoſcentes iniquitatem,noluerunt ab illa reſcipiſci per pęnitentiã, ſed pertinaciter vſque ad vitæ terminum in eam permanere dilexerant. Eapropter recuſantes Deũ habere patrem,habuerunt illum merito,iudicem, formidantem.Hi enim quamuis muſcipulam ante ſe paratam agnouerint,neglexerunt nihilominus ab iniquitate corrigi. Quinpotius ſuo malo genio,peccatis addendo peccata, ac vtroque pede claudicantes,inciderunt miſerabiliter in foueã, quam male viuendo ſibijpſis parauerant,& foderant. Quanto enim melius fuiſſet illis, pedem auerti a muſcipula emendando peccatum, & errorem damnando per penitentiam, quam ſic in pęnitentes perpetuis cruciatibus deputari. Inquit enim ille Gregorius ſanctus.Peccatum quod per pęnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud tendit.Hos enim pedes ſic cęnoſos & luteos,per quos carnales affectus deſignantur, lauari

Mat.5 Philoſo. Mich.7. Mat.10 p̃s.68 p̃s.7 Gregor.

uari mandauerat Chriſtus, dum poſt cenam diſci-
Io.13. pulos allocutus, ait. Si ego dominus & magiſter
laui pedes veſtros, & vos debetis alter alterius la-
uare pedes. Concludentes itaque quę ſupra me-
ps.68 morauimus, pro harum conciliatione relinquimus
ꝙ vates in priori ſententia, non imprecatur, vt
talium mēſa in muſcipulam fiat, ſed tales incorri-
gibiles fore cernens denuntiat, ꝙ hoc indubitan-
ter illis eueniet, niſi emendati fuerint per pęniten-
Auguſt. tiam. Nouit enim (vt Auguſtini vtar verbis) ali-
ter non poſſe fieri, niſi vt talibus iſta eueniant, &
cętera, quæ in prænotato ps ſubinferuntur, vt ta-
lis punitio ſic incorrigibilibus fiat in retributio-
nem, & in ſcandalum, ut & nos, qui poſtmodum
futuri eramus, agnoſcentes talia eueniſſe ſic pro-
teruientibus & impenitentibus ad hoc hæc facta
fuiſſe intelligamus vt & nos iudicium Dei veri-
ti, euitemus talia committere. Hoc enim nobis
prodeſt intelligere, vt ex inimicis proficere diſca-
hębraica mus. Quamuis Hæbraica veritas non ſic conti-
veritas. neat in altera parte huius verſiculi, veluti ſonat
noſtra traductio, ſed dicit. Sit pacifica illorum in
ſcandalum. Nec hoc a miſterio vacat. Commiſſe-
rāt forſan hi, quibus tot mala imprecantur in ps
peccatum ad mortem, pro quo, Ioanne teſte, orā-
1.Io.5 dum non eſt, hoc eſt, non eſt pacifica offerenda.
Grauiora enim fortaſſe fuerant peccata ab hu-
iuſmodi hominum genere commiſſa, inimicorū
Mat. 5 perſecutione, pro quibus non relinquitur pacifi-
ca hoſtia, ut diffuſius explanauimus in priori par-
te noſtri operis. Quibus ſic declaratis & habitis,
pro qui- Chriſti ſententia non repugnat alteri. Porro pro
bus orā- illis duntaxat præcandum eſt, dum oramus ad
dum. Deum, qui peccatum ad mortem non commiſe-

rant,

rant, vt prætulimus, præcandum inquam, vt Deus det illis pœnitentiam & vt pedes auertant a muſcipula diaboli, a quo per peccatum captiui tenebantur. Et ſic ad plenum pacatæ redduntur ſententiæ.

CONTRAPO.. LXXI.

Arbitrio libero viuit omnis homo. Eccl. 15
Nemo uenit ad me niſi pater me.T.eum. Ioan. 6.

Si arbitrio proprio viuimus, vt ſapientis ſententia eſt, cur ſaluator noſter, dum de ad ſe venientibus loqueretur, ſic huic ſententiæ fuit diſsimilis vt diceret. Nemo venit ad me niſi qui miſit me pater traxerit eum. Paulus vero a præceptoris ſententia non diſcordans dixit. Rom. allocutus. Neque volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Porro .n. in his infirmari ac debilitari digno ſcitur liberæ voluntatis arbitrium. Si enim nemo vadit niſi tractus, non erit illius delictum inquit Auguſtinus, qui non vadit, quia non eſt tractus. Et ſi non accipit, qui petit & currit, ſed cui vult dat Deus, ſine culpa erit & crimine, qui vult, & non accipit, nec obtinet, & ad illum redundabit crimen, qui petentem ſpernit. Quomodo ergo uoluntatis arbitrium erit, quando alterius nutu, aut ad bonum ducitur, aut ad malum? Hanc ſecundam ſententiam licet alias ad plenum explanauerimus in priori parte operis, & quomodo intelligenda ſit iam pluries declarauerimus, nihilominus & modo has conciliantes poſſumus dicere nullo genere ex his liberi arbitrij poterit cauſa turbari, quoniam ſi penitius ſenſum dictorum aduertas, ſcies magis hinc liberi arbitrij firmari ſententiam. Hæc enim contra maleuolos ac obſtina

Rom. 9.

Auguſt.

tos Iudeos prolata fuere nouimus. Cum enim do lo ſimulationis ortæ ex inuidia, Ioſeph patrem carnalem ſaluatoris noſtri eſſe dicerent, negabant eum filium Dei eſſe. Quapropter agnoſcēs illos non fore de grege ſuarum ouium, ait. Nemo venit ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit eum, Quid vero eſt, patrem trahi ad filium, niſi audire verbum patris, quod eſt filius? Porro quo

Ioan. 6 niam hi maleuoli eum deſpectui habebant, iccirco non eos traxit pater. Hæc autem attractio, noſtra eſt, nō violēta, ſed teſtimoniū Dei in Chriſto, quod qui in ſe habet attrahi dicit a Deo ad Chriſtum. Nemo enim ſaluatori credit, niſi qui patrē illius proprium dicit Deum. Non igitur vt pulſaret arbitrium hæc fatus eſt ſanctus Apoſtolus,

Rom. 9 dum ait, Non volentis neque currentis &c. Sed vt iudicium Dei retractari prohiberet. Iuſtum enim prædicans Deum, ſcit cui debeat miſereri. Cordis enim inſpector prouidet poſtulantis mentem, an mereatur accipere. Eſt enim qui poſtulat, & non meretur accipere. Alius vero e conuerſo, qui petit & meretur accipere. Hic enim non ſolum uerbis, ſed operibus obſecrat, hic ſola lingua, ille corde tribulato, & contrito, eapropter impetrare poteſt quod rogat. Porro ſi duo petant, vnus autem ex his accipiat, debet ſciri hunc ſic poſtulaſſe, vt dignus eſſet accipere, quoniam Deus qui iuſtus eſt, non dat, niſi cui dandum eſt. Vide ergo non arbitrium negatum, ſed firmatum. Nam ſi vna mente, vna operatione duos audieris poſtulaſſe, & vnum ex his exauditum, alterum deſpectum, recte & arbitrium non eſſe, &

Deus nō dat niſi cui dandum eſt.

Act. 10. Deum acceptatorem perſonarum putares. Sic enim velim intelligas, Deum ſic inſtituiſſe genus

noſtrum,

noſtrum, vt ſine ſenſu naſcamur, poſsibilitatem tamen habeamus diſcendi, ſiue bona ſiue mala, vt ipſi nobis, aut mala acquiramus, aut bona, vt letemur in nobis, cum recte agentes remuneremur. Hunc ſenſum ſecutus eſt Philoſophus, dum de rationali anima ſermonem habuit. Dixit enim ipſam eſſe veluti tabula raſa, in qua nihil eſt depictum, dum corpori, videlicet, infunditur noſtro. De libero autem arbitrio Sixtus ille Pithagoricus locutus, ait. Libertatem arbitrij ſui permiſit Deus hominibus, ſine dubio, vt ſine peccato viuentes, ſimiles fierent Deo. Et infra, de eadem libertate locutus, ait. Omnia a te auferenti cede, prę ter libertatem. Quapropter & ſi huiuſmodi libertate potitur & gaudet omnis homo cuiuſuis conditionis ſit religionis aut cultus, quid dicendum putamus de libertate Chriſtiana, quam per Chriſtum, tam copioſam, aquiſiuimus, quæ non tam corporalis quam ſpiritualis prorſus attendenda eſt. De hac enim libertate Paulus allocutus Gala. ait. Qua libertate Chriſtus nos liberauit. Liberauit inquam a diabolica captiuitate & tranſtulit in regnum dilectionis ſuæ. Liberauit nos a miſerabili ſeruitute peccati, & fecit nos ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Liberauit quoq; nos a maledicto legis Moſaicæ, dum pro nobis maledictum ſe fieri voluit, deducēs nos ſub leui & ſuaui iugo ſuo. Liberauit etiam nos a tirannide mortis ęternæ, & coniunxit nos ſocietati ſanctorum perpetue viuentium cum Deo. Liberauit inquam nos a ſpiritu ſeruitutis, quo legis metu, & non amore iuſtitiæ ſeruiebamus. Liberauit quoque nos a typis figuris & vmbris legis Moſaicæ tam iudicialis quam ceremonialis, quę ipſo ſole iam illuceſcente

De qua- les nō ſecerit.

Philoſo.

Sixtus.

ſcente & coruſcante tranſierunt. Qui denique etiam ſecundum corpus nos quandoque cum ad iudicandum redierit a ſeruitute corruptionis libe raturus eſt. Quibus ſic viſis & diſcuſsis, magis confirmari, quam deſtrui liberum arbitrium, liquido cernimus, vt vnicuique pro voto ſuo re-
2. cor. 5. ſpondeatur, prout in corpore ſe geſſerit ſiue bonum, ſiue malum. Non ergo prior ſententia ſequenti oppoſita eſt, ſed quam maxime conſona.

CONTRAPO. LXXII.

Vos uidiſtis omnia quæ fecit dominus coram uobis.
Deu. 29 *Et non dedit vobis dominus oculos uidentes &c.*

Mirum quippe uidetur, ꝙ ſcriptura diuina uno & eodem loco contrariam ſe offerat. Dum enim Moſes citatis iſraelitis, commemorat prodigia et ſigna magna, quæ dominus fecerat in terra ægipti coram Pharaone, & omnibus ſeruis eius, dicit. Vos vidiſtis omnia quæ fecit dominus coram vobis in terra Ægipti &c Et paulopoſt, eundem ſermonem continuãs, adiecit eo in loco dicens:
Deu. 29 Et non dedit vobis dominus cor intelligens, & oculos videntes, ac aures quæ poſſent audire, vſque in præſentem diem. Hæc enim vt liquido cernimus, ſimul ſtare nequeunt, cum apertam inferant contradictionem, videlicet ꝙ iſraelitæ viderent, & non viderent, quæ dominus fecerat. Sed ſi ad interiorem oculum altera ſententia referatur, nulla in prænotatis ſententijs diſſonantia erit. Iſraelitæ enim quoniam carnales erant, iccirco quãuis corporali & exteriori oculo poſſent videre, quæ a domino fiebant, interiori tamen, non poterant cõtemplari, quoniã illo carebãt oculo, dũ de pręſidio domini diffidẽtes, tanquam frenetici inſurrexerunt

ſurrexerunt contra Moſen & Aaron dicentes il- Exo. 25
lis. Cur induxiſtis nos in hoc deſertum vt more-
remur fame? Et altera vice Aaron aggreſsi dixe- Exo. 32.
runt ei. Fac nobis Deos, qui præcedant nos. Sic
enim oculi eorum occęcati erant, vt nequirent re
ſpicere ſolem iuſtitiæ. Animalis enim homo non 1. cor. 2.
percipit ea, quæ Dei ſunt. Malitia enim ſic occæ-
cauerat illos, vt non poſſent agnoſcere, quod vi-
dere & intelligere oportebat. De quorum nume-
ro pariter fuerant illi, de quibus quidam prophe-
tarum ait. Oculos habent ad videndum, & non Hier. 5.
vident. Horum iſraelitarum oculos ſic occęca-
tos & has aures ſic ſurdas commemorans regius
vates, ponenſque tempus præſens pro futuro, ut Ps. 113.
interdum mos eſt ſcripturarum, ait in p̄s. Oculos
habent & non videbunt, aures habent & non au
dient. Nequibant enim hi increduli & occæcati di
uino lumine, intelligere & contemplari hæc ma-
gna & mirabilia, quæ dominus operari dignaba
tur, per illorum manus. In caligine enim diffiden-
tiæ, obtenebrati remanſerant. Quæ quidem mira-
bilia a ſe operata, ſi diligentius velimus intexere,
clara luce videbimus, ꝙ illa quæ patres antiqui,
prophetæ, videlicet, ac patriarche, ad Dei laudem
operati ſunt, nullatenus comparari poſſunt his,
quę dominus noſter propria virtute operabatur,
quoniam illi tanquam ſeruuli, impetrabant ro-
gando, hic autem, tanquam dominus imperando
operabatur. Helyas enim proſtratus filiū viduæ, 3. Re. 17
iam mortuum, ad uitam reuocat, hic vero tanquā
dominus vitæ & mortis, quatriduanum a monu Ioan. 11
mento ſuſcitat. Helias ab angelis in curtu igneo, 4. Re. 7.
in cœlum aereum eleuatus eſt. Hic autem, pro-
pria virtute, cęlum aſcendit Empireum Ioſue ſuo Ioſ. 10

iuſſu firmat ſolem, quouſque inimici domini proſternentur a populo Dei. Huic vero tanquam luminarium conditori, ſol obſcuratur in tranſitu.
Luc. 23. Moſes iuſſu domini, cauſat tenebras in tota Ægipto. Huius mors cauſat tenebras, non ſolum in
Exo. 10. Egitto, ſed in vniuerſo orbe. Moſes ſiccis veſtigijs tranſit mare vna cum populo. Hic vero, tan
Exo. 15. quam aquarum dominus, ſuper mare ambulabat
Mat. 14. ſiccis pedibus, Moſes iuſſu domini diuidit rubrũ mare. Huic ad nutum obediunt venti & mare.
Mat. 8 Moſes ſaturauit populum in deſerto, manna de cęlo deſcendente. Hic autem ex quinque panibus
Exo. 16. ſatiat quinque milia hominum. Moſes ereo ſerpente erecto ſauciatos a morſibus ſanat. Hic ſua
Mar. 8. virtute, oppreſſos a Diabolo liberat, Moſes percuſſo bis ſcilicem aqua potauit populũ Chriſtus
Nu. 21. ex ſuo latere, tanquam ex viua petra ſalubrem propinat aquam, qua, non ſolum purificamur &
Nu. 20. mundamur a peccatis omnibus, ſed & omnes in ſe credentes ſanctificantur. Moiſi loquebatur
Ioan. 19. Deus facie ad faciem, ſuper montem Sinai. Chriſto ſuper montem Thabor, tanquam domino,
Exo. 33. loquitur Moſes cum Helya. Moſes brachijs extenſis, & oratione prolixa Amalech debellat,
Matt. 4. Chriſtus brachijs in cruce fixis, vicit & proſternit Dyabolum. Moſes legem timoris & indignationis plenam, tradidit populo. Chriſtus legem
Exo. 17.
Exo. 20. amoris, pacis & vite, largitus eſt in ſe credenti. Ex quibus omnibus, & ex multis alijs, quæ poſſent adduci liquido apparet, qualiter maiora & mirabiliora ſigna operatus eſt dominus noſter IESVS Chriſtus, dum in carne mortali nobiſcum eſſet, quam cæteri videlicet patriarchæ & prophetæ, qui longe antea ſe præceſſerant, quoniam

niam illi virtute domini,Chriſtus uero,cum eſſet Deus,ac patri per omnia equalis,uirtute propria, omnia operatus eſt. Nec obſtat, quoniam alia cauſa liceat interdum,hos oculos interioris homi nis vellari & contegi,ne videlicet indiſcrete vagentur, propter id quod ſcriptum eſt. *Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebro ſum erit.* Hunc enim ſic impudicum eruēdum iuſſerat Chriſtus, dum ſe ſequenti ait in ęuangelio. *Si oculus tuus ſcandalizat te,erue eum, & proijce abſque te.* Porro ſicut in oculo corporali, qui ad hanc lucem videndam creatus eſt, ſi aliquid inquam,iniectum fuerit, ſic offuſcatur & obtenebratur vt minime quicquam videre queat, ſic cordis oculus,qui ad videndum & contemplancum Deum creatus eſt,ſi inquam, in eo ignorantia verbi Dei iniecta fuerit, ſic offuſcari & obtenebrari dicitur, vt hanc diuinam lucem minime contemplari poſsit. Sed heu nobis, ſi his infelicibus diebus cārnis oculus quoquo modo turbatur,aut leditur,quæritur medicus maxima cum ſolicitudine, vt purgetur & ſanetur oculus iſte, vt hæc creata videat, currit inquam quiſque, ſi vel ſtipula in oculo cadat.Sed de interiori, qui peccatorum ſtipula fuſcatur & obtenebratur, pauci ſunt qui curam habeant. Non enim o homo fecit te Deus,vt hunc materialem ſolem, nobis communem cum beſtijs, corporeis oculis duntaxat contemplareris,& ſic in creatis obiectis,įte firmares, ſed vt hæc videndo auctorem tuum & illorum agnoſceres contemplando cordis oculis. Sed nos hos exteriores oculos nimium diligentes, interiorem quo Deus videtur, negligimus, ſenſum more brutali ſecuti,& non mentem, quæ

Matt.6

Mat.5.

quo oculo attingatur. Deus. Dei ſimilitudinem in ſe habet. Oculo enim cordis attingitur Deus, licet ab homine, dum viator eſt, minime comprehendi poſsit, ſed hoc ſeruetur in patria, quando videbimus eum ſicuti eſt, abſq; vellamine. Vide itaque o homo, & diligenter cõ-
1. Io. 3. templare, ſi hos oculos interiores apertos habes, & ſi non habes, adhuc illos reuelatos, cõuertere ad dñum et humiliter deprecare eũ, dicens cũ
ſs. 12. propheta. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, vide etiam ſi aures interiores habes vt verbum Dei audire quæras, de quibus auribus locutus ſaluator, ait. Qui habet au-
Luc. 8. res audiendi, audiat. Vide ſi olfatum ſpiritalem in te habes, quo odoratur Deus, veluti habebant illi, de quibus Paulus locutus, ait. Bonus odor ſumus Deo in omni loco. Vide ſi interiorem guſtum habes, vt Dei verbum guſtes, & illis annumerare valeas, de quibus Paulus cum Hæbreis
Heb. 6. locutus, ait. Guſtauerunt donum cęleſte. Vide ſi ſpiritalem tactum poſsides, vt gaudens poſsis cũ ſponſa dicere. Leua eius ſub capite meo, & dexte-
can. 2. ra illius amplexabitur me. Et ſic de cæteris membris arbitramur dicendum, quæ hominẽ interiorem ſic integrant, & conſtituunt, vt templum
2. cor. 6. Dei & habitaculum ſpiritus ſancti effici mereatur. Quibus ad plenum uiſis, ſic conciliatæ reddũtur ſententię initio adductæ, vt nulla in illis amplius remaneat contradictio.

CONTRAPO. LXVIII.

eccl. 3. *IVſtum & impium iudicabit dominus.*
1. cor. 2. *Iudicantes ſeipſos non iudicabuntur.*

Si iudicare ſeipſum, tantæ virtutis nouerat eſſe Paulus, ut non amplius iudicãdus ſit qui eiuſmodi

di eſſet. Cur abſque vllo diſcrimine præmittitur in priori ſententia, ꝙ iuſtum et impium iudicabit dominus? Nōne de finali iudicio locutus Paulus, ait. Omnes aſtabimus ante tribunal Chriſti? Et alibi. Oēs n. nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſerit, ſiue bonū, ſiue malum. Cur itaque eidem eccleſię ſcribens, oſtēdit ſe alterum? Qua enim lege, ſeu mauis dicas, quo iure, quo priuilegio, ſeipſum modo iudicans de cōmiſſo reatu ſubterfugiet illud vniuerſale iudicium, in quo omnes conuenturi ſunt? Hęc enim, vt cernimus, mētem noſtram quam maxime diuerberāt. Quapropter, ne & has confuſſas relinquamus, Pauli ſententiam ſic ennodandam arbitramur, vt dicamus ꝙ ſi mentis noſtræ tribunal aſcendentes, accuſante cogitatione, & teſte conſcientia noſipſos dijudicaremus pęnitendo, & timore tanquam carnificę nos torquente, quaſi quidam animę confitentis ſanguis per lacrimas proflueret, non amplius iudicaremur, id eſt non amplius puniremur a Deo. Nam quicunque ſic ſe iudicabit, certus ſit, ꝙ non damnabitur, ſed liberabitur ab huius & futuri ſęculi ſupplicijs. Et talis videtur eſſe ſenſus ſentētię Pauli. Nec obſtat, ꝙ ſic iudicans ſe, non ſit iterū iudicandus, cum cęteris iuſtis, iudicio diſcretionis in finali iudicio, & in extrema die, quando, videlicet, dominus iudicabit orbem terrę in ęquitate, tunc enim diſcernentur oues ab Hędis. Verſetur ergo ante oculos noſtros imago futuri iudicij. & aſcendat homo aduerſum ſe tribunal mentis ſuę, conſtituatque ſe ante faciem ſuam, ſibique ſic cōſtituto in cordis iudicio, aſsit accuſatrix cogitatio, & teſtis conſcientia, cum timore carnifice, & quid

Ro. 14.
2.cor. 5.
1.cor.2.
Mat.25.
1.cor. 2.
1.cor. 2.
pater 9.
ſeipſum iudicare fructuoſe.

quidquid agnouerit a iudice venturo reprehendi & puniri, ipſe nunc in ſeipſo reprehendat & pu-
1. cor. 2. niat, prout edocetur a Paulo. Poſtremo ab ipſa mente, ſententia talis proferatur, vt homo ſe indignum iudicet participatione regni. Iudicet inquã ſeipſum primo, & ſeueritate penitentię ſe nunc exerceat, vt a ſeipſo ſic iudicatus, non iudicetur a domino. Peccata enim ſiue parua, ſiue magna
Boętius. impunita eſſe non debent (teſte Boętio) quoniam vel homine pęnitente, vel Deo iudicãte plectentur. Ceſſat tamen vindicta diuina, ſi cõfeſſio pręcurrat humana, non ſolum coram Deo interius, cordis noſtri iudice, verumetiam corã miniſtro eccleſię auriculariter faciẽda, prout ſanciuit & ordinauit eccleſia. Porro qui ſic ſeipſum accuſans condemnat, pęnitendo de commiſsis a ſe reatibus, in Deum, in ſeipſum, & in proximum, dupliciter Deum placat, quoniam & peccata ſua puniendo expurgat. & in poſterum pigrior ad peccandum efficitur. Scire autem te velim optime lector, ꝙ aſtantes ante tribunal Chriſti in finali iu-

Diuina uindicta quando ceſſet.

Ro. 14. dicio, triffariam habendi ſunt. Quidam enim nec iudicabuntur nec iudicabunt, infideles, videlicet, Quoniam ſcriptum eſt, Qui non credit iam iudi-
Ioan. 3. catus eſt. Quidam vero iudicabuntur, & non iudicabũt, veluti ſunt mali Chriſtiani, qui fidem ſine operibus habuerunt. Quidam autem non iudicabuntur, ſed alios iudicabunt, ſicut ſancti Apoſto-
Mat. 19. li, qui ſuper illas duodecim ſedes ſedentes tanquã aſſeſſores iudicis iudicabunt, prout Chriſtus dixerat, illos allocutus. licet etiam omnes iuſti ſint iudicaturi omnes reprobos, dum ad iudicis dexteram ſedentes commẽdabunt ſententiam iudicis,
Sap. 3. iudicantes nationes iuxta illud. Iudicabunt iuſti nationes.

nationes. Quem ſenſum Paulus ſecutus eſt, dum alloquererur Cor. ait enim, Sancti de hoc mundo iudicabunt. Concludentes igitur, quę ſupra ad lõgum protraximus, dicimus priorem ſententiam minime contrariam eſſe ſequenti, quoniam prior de iudicio diſcretionis, ſed ſequens de iudicio condemnationis, ſeu punitionis intelligendæ ſunt. 1.cor.6.

CONTRAPO. LXXIIII.

Diabolus inhabitabat Iudam antequam dominũ traderet. Diabolus intrauit Iudam poſt aſſumptam bucellam. Luc. 22. Ioã. 13.

Si ante cenam factam a Christo, cum diſcipulis, in Iudam intrauerat Diabolus, ut Lucas refert Cur alter Euangeliſta atteſtatur Diabolũ introiſſe in Iudam, poſt bucellã porrectam a Chriſto? Hęc enim in nobis augent difficultatem non mo dicam, ſed ſi penitus has ſententias introſpexeris, illas optime cõciliabis, eaſque minime diſſentire videbis. Dum enim Lucas dicit, Intrauit autem Sathanas in Iudam, qui cognominabatur iſchariot vnum de duodecim intelligendum eſt, ꝙ hęc miſsio hic ingreſſus non fuit factus per aurem in Iudam, ſed per cogitationem & ſuggeſtionem, iuxta illud. Immiſsiones malas per angelos malos, ac per hoc non corporaliter, ſed ſpiritualiter. Nouit enim Apoſtolus quędam ſpiritalia nequitię in cęleſtibus, aduerſuſque nobis colluctationẽ eſſe atteſtatus eſt. Porro non eſſent maligna ſpiritalia, ſi nõ eſſent maligni ſpiritus. A ſpiritu enim, ſpiritalia nominantur. Nec dubitãdum eſt, bonas ſugeſtiones interdum fieri, e conuerſo, per Angelos bonos, latenter & ſilenter. Factum ergo, fuerat in corde Iudę, per immiſſionem diabolicam, vt diſcipulus magiſtrum traderet, quem nõ didi- Luc. 22. ps. 77. Eph. 6.

cerat Deum eſſe.Ned Lucæ contrarius fuit Ioan
Ioã. 13. nes,qui dicit. Et poſt bucellã intrauit in eum Sathanas,quoniam his verbis oſtenditur, ꝙ locum ſuum priorem agnouit diabolus.Expreſſus enim fuit traditor poſt bucellam, qui antea iam intrauerat proditorem. Nudatæ enim fuerant latebræ tenebrarũ.Intrauit(inquit Ioannes)in Iudam Sathanas poſt porrectam ſibi bucellam,vt ſibi iam traditorem plenius poſsideret, ĩ quem iam prius intrauerat, vt deciperet. Neque enim non in illo erat,quando ad Iudeos perexit, & de pretio tradendi dominũ pactus fuit.Ecce quomodo iam Sathanas intrauerat in Iudam. In quo iam adimpletum fuerat, quod per prophetam lõge antea iam
p̃s. 108. ĩprecatũ eſt dicẽs in p̃s. Et diabolus ſtet a dextris
p̃s. 113. eius.Prius.n.intrauerat, immittẽdo in cor eius cogitationem qua Chriſtum traderet. Talis enim iam ad tentandum illum intrauerat, nunc autem poſt bucellam intrauit,vt plenius poſsideret, nõ ob hoc vt alienum tentaret, ſed vt proprium poſſideret. Adhuc tanti mali in corde concepti, plenus reſtabat effectus,cuius iam præceſſerat damnandus affectus.Nec mirum eſt, Diabolum illuc poſſe introire,vbi Chriſtus,omnino per peccatũ expellitur.Habuit igitur Iudas prius Sathanam, ex ipſius enim inſtinctu loculos domini defrau-
Ioan. 3. dauerat,& murmurauerat contra mulierem vnctricem Ieſu,inſuper etiam cum hoſtibus conuenerat de tradendo Chriſto.Verum nundum fuerat Sathan in ipſo, niſi per cogitationem & immiſsionem, Nec hoc agnoſcebat,niſi Chriſtus. Nunc autem reuelatur ac manifeſte ſe prodit, cũ Iudas exit a conſortio apoſtolorum, inter quos
Ioã. 18. Chriſtus erat,& fit dux impiæ cohortis. Veluti
in

in nobis ſemper ſunt peccata radicitus, vt ira, inuidia, luxuria, ſuperbia &c. Sed interim latent, do nec occaſione data erumpāt. Quem enim hactenus tantum diabolus externe excitauerat ad peccatum ambulans & exiliens, nunc plene interne poſsidet, poſt aſſumptam bucellam. Porro quem prius impium fecerat ſugerendo, nunc inſanabilē reddit poſsidendo. Adeo vt qui prius ſola ſpe lucri Chriſtum vendiderat, nunc accedente liuore, mixto cupiditati odio totam crudelitatem anhelans maius ſpiraret odium contra eum, qui deno tauerat. Hoc igitur ſibi vult uerbum hoc, quo dicitur, Intrauit autem Iudam diabolus. Vtique Iudam omnino obfirmaſſe animum ad peccatum, vt ſimilis diabolo effectus redire nollet, imo etiā ex beneficijs Chriſti peior efficeretur. Atque hęc eſt maledictio, quam ſpiritus ſanctus iam dudum illi per os Dauid imprecatus eſt. Conſtitue inquit ſuper eum peccatorē, & Diabolus ſtet a dextris eius. Nec tamen ſic intelligendum eſt, ꝙ bucella illa malum aliquod fuerit. Non bucella hoc egit, vt in Diaboli poteſtatē deueniret Iudas, ſed ipſius ingratitudo, & impęnitentia. Qui enim in malis ſuis conſilijs perſeuerabat, nulla pęnitentia tactus, nulla Chriſti admonitione cōmotus, nullo ſaltem rubore affectus, cum videret Chriſtū omnia ſcire. Imo magis ac magis ſceleris patrādi deſiderio ardēs, omnem Chriſti benedictionem eijcere. Non mirum, ꝙ maledictionem, quam diligebat, incurrit. Porro quamuis ipſe diabolus non ceſſet tentare homines, tamen illos maxime impellit, quos propria ſponte inclinatos conſpicit. Caueamus itaque omni ſtudio, ne primum ei acceſſum prębeamus, nec cordis ianuas aperiamus,

peccata qūo i nobis ſint ſemper.

Mat. 26.

ps. 108.

quoniam fur eſt,& latro. Nolite locum dare dia-
Ep'h.4. bolo inquit Paulus. Alioquin ſemel ingreſſus, fa
cile ad interiora penetrat, donec hominem totaliter perdat. Non quidem eũ plene prohibere poſſumus, ne omnino nos tentet, ſed hoc agamus, ne ei cedamus. Quibus ad plenum viſis patet harum conciliatio.

CONTRAPO. LXXV.

Matt. 6. *Nolite cogitare de craſtino ait Chriſtus.*
Actuũ. *Apoſtoli procurarunt multa fratrum inopia.*

Qualis eſt iſte doctor, & qualis eſt iſta doctrina, quam nulatenus obſeruant diſcipuli. Nonne hanc primam ſententiam locutus eſt Chriſtus diſcipulis Euangelicis in quorum auribus primum inſonuit? Sed cur hanc ſententiam, qui eam audierant tranſgreſſi ſunt? Profecto Lucas in apoſtolicis actibus liquido atteſtatur, apoſtolos procuraſſe multa fratrum indigentiæ non ſolum in chraſtinum, ſed etiam in prolixius tempus impendctis famis. Imo vt plus dicamus, & ipſum Chriſtum loculos habuiſſe, alius ẽuãgeliſta atteſtatus
Ioã.13. eſt. Has itaque conciliantes, moremque noſtrum ſequentes dicimus, ſcripturam non pugnare, ſed nos ipſi pugnamus, non intelligentes illam prout decet. His enim verbis Saluatoris noſtri ſatis elucet, ſua conſilia ſic intelligenda eſſe, vt nihil operis noſtri tẽporalium adipiſcẽdorum amore, uel timore egeſtatis, tanquam ex neceſsitate faciamus. Suis enim verbis ſatis oſtẽdit hoc fuiſſe permiſſum, non iuſſum, ne forte qui hoc faceret, in opere prædicationis ẽuangelij aut alterius pij negocij tranſgreſſor extimaretur, ſi ſibi gratis datũ aut legitime acquiſitum in craſtinum ſeruaretur.

Poteſtatem

Poteſtatē igitur ſeruādi aliquid in craſtinum nō abſtulit,quamuis laudauerit non ſeruantem. Dignus enim eſt inquit operarius mercede ſua, quā ſibi conferre habent diebus ſingulis hi,qui beneficium prædicationis accipiūt iuxta illud Pauli dicentis.Si nos ſeminauimus vobis ſpiritualia, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus? Quapropter valde cauendum eſt,ne forte cum viderimus aliquem ſeruum Dei prouidere,ne iſta neceſſaria deſint,vel ſibi vel eis quorum ſibi cura commiſſa eſt,iudicemus contra præceptum facere, & de craſtino eſſe ſollicitum,quoniam prout (præfati ſumus) hoc non fuit iuſſum, ſed conſilium,ne forte qui hoc facerent & in vſum aliquid acciperēt, illicitum aliquid facere arbitrarentur. Satis enim eſt, hoc conſilium de craſtino non cogitandum, ſic intelligendum eſſe, vt nihil operis noſtri temporalium amore geramus.Et hic videtur eſſe ſenſus veridicus ſentētiæ prioris.Quibus habitis euidenter apparet, primam ſententiam non fuiſſe ſequenti contrariam,cum illud quod in illa mandatur,non tanquam iuſſum, ſed tanquam conſiliū accipiendum ſit. Quanquam Chriſti conſilia ſic a fidelibus cuſtodienda ſint, quaſi præcepta ſint, licet hoc non de neceſsitate ſalutis intelligendum ſit. Hi vero qui Chriſti conſilia paruifaciunt, & contemnunt, non credunt Deum curam habere mortaliū. Ob quod Dei præſidijs diffiſi, propria ſollicitudine ſibi viuere credunt. Nō enim hi adhuc didicerunt,aliam eſſe potiorē vitam, ad quā omnis cura noſtra ſit dirigenda. Merito itaque,hi increpandi ſunt,qui in his quæ corporis ſunt fęlicitatem conſtituunt, magna ſollicitudine parātes ea,quæ ad corporis nutritionē comoda ſunt, volatilibus

Luc. 10.

1.cor.9.

Matt. 6.

Chriſti conſilia qūo accipiēda ſīt

Matt.6.

inuocas, vt veniat ad te pecunia, vt veniat ad te hæreditas, vt veniat ad te ſecularis dignitas, aut aliud huiuſmodi temporale commodum, id quod vis, ꝙ ad te veniat, illud tibi primum cupis. Deũ vero in hac cauſa tibi propitiũ habere deſideras, adiutorem videlicet deſideriorum & cupiditatũ tuarum. Deum vero tibi homo eſſe iudicas, dum dat tibi quod vis, qui ſe non dat conquereris de illo. Quid ſi male vis? Nonne Deus magis erit tibi propitius, non dando quam dando? nonne tibi magis miſericors dicendus eſt, ſi non dat, quod tu contra ſalutem petis? Porro ſi nõ dedit tibi quod petebas, nihilominus & tunc Deus tibi erat, ac ſi dediſſet, ſed conqueſtus dicis. Quantum rogaui, et quam ſepe, & non fui exauditus, Quid enim petebas, forte mortem inimici tui? Triſtis es, quia non fuiſti exauditus contra illum, gaude potius, quoniam ad tuam ſalutem pertinet, ꝙ non fueris exauditus. Ego inquit non hoc petebam, ſed vitã filij mei petebam? Quid itaque inquis mali petebam? Nihil enim mali petebas, ſicut tu ſentiebas. Quid ſi ille raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius? Sed peccator inquis erat, & ideo volebam eum viuere vt corrigeretur? Tu volebas eũ viuere, vt melior eſſet. Quid ſi Deus nouerat, illum peiorem fore, ſi ſuperuiueret? Vnde ergo noſti, quid illi magis profuiſſet, mori an viuere? Si ergo non noſti, reddi ad cor tuũ o miſer, et dimitte Deo conſilium tuum, cuius opera perfecta ſunt ſemper. Ipſe enim longe nouit, quid tibi expedit ad ſalutem. Quid ergo inquis faciam? Quid orem? Quid ores? Quid te domine docere dignatus eſt. Quid enim te docuit magiſter cœleſtis. Cum oraueritis inquit dicite pater noſter &c. Mat. 6.

non erat, ut daret. Reddi igitur ad cor tuum, & cõſcientiam tuam libra. Si enim quod rogabas, non dedit tibi, certus eſto, quoniam quod volebas tẽporaliter, ideo non dedit, quia non tibi profuiſſet, ſi dediſſet. Porro eger homo multa petit a medico, quæ ſibi dari non conſentit medicus. Recuſat enim exaudire ad voluntatem, vt exaudiat ad ſanitatem. Medicum itaque pone Deum, & pete ab illo ſalutem tuæ egrotantis animæ. Pete inquam, vt ſalus tua ipſe ſit, non quaſi ſalutem extrinſecus, ſed potiſſimum, vt ſit ſalus tua interius in anima. Sic ergo Deum roga, vt ad te conuerſus dicat. Salus tua ego ſum. Hier. 3. Quibus ad plenum viſis, prior ſententia non contradicit ſequenti, quoniam Deus ſemper miſericos dicitur ſe inuocanti, ſi eũ inuocaueris (ſuple) prout ſuperius explanatum reliquimus.

CONTRAPO. LXXVII.

Legem ſibi poni Dauid rogat. ps. 118.
Lex non eſt iuſto poſita. 1. Ti. 1.

Cur Dauid, quem Deus ſic condemnauerat, vt de illo locutus diceret, Inueni hominem ſecundum cor meum, legem ſibi poni rogat, Cum ex aduerſo Paulus de iuſto locutus dicat. Lex nõ eſt iuſto poſita? Nunquid talis erat Dauid, qui ad Deum conuerſus dicit. Legem pone mihi domine, quali beatus Paulus dicit, poſitam eſſe legem? Abſit. Si enim talis fuiſſet Dauid, non ſuperius dixiſſet. Viam mandatorum tuorum cucurri. Quid eſt ergo, ꝙ orat, vt ſibi lex a domino ponatur, ſi per Paulum lex non ponitur iuſto? An forſan nõ 1. Ti. 1. ponitur, iuſto, veluti poſita fuit populo illi contumaci & rebelli in lapideis tabulis, quoniam iuſto

ſto in tabulis cordis carnalibus lex ponitur. Vide
ps. 118 itaque & diligenter ſpeculare, quomodo hic ſan-
Gal. 4. ctus propheta petijt inſtanter legē ſibi poni a domino, non ſicut iniuſtis, & non ſubditis, ad vetus teſtamentum pertinentibus, non ſicuti ancillę filijs, ſub litera degentibus, ſed ſicut ſanctificatis, ſi lijs libere, hoc eſt, ſupernæ Hieruſalem, filijs promiſsionis, ſicuti filijs & hæredibus ciuitatis ſupernæ. His itaque ſic ſanctificatis, ſancti ſpiritus miniſterio, lex datur in mēte, & in corde ſcribitur. Porro qui timore pęne & nō amore iuſtitię opus legis facit, profecto inuitus facit. Quod autē quiſ-
quis Iui piam inuitus facit, ſi fieri poſſet, malet vtique ſibi
tus facit non iuberi, ac per hoc legis, quam velet non eſſe,
legem. non eſt amicus, ſed potius inimicus. Nec mundari poteſt opere, qui immundus eſt cogitatione. Talis enim non poteſt ſecure dicere. quod Dauid di-
ps. 118. cit in ſuperiori verſu conuerſus ad Deum, Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor
Ro. 05. meum. Quoniam illa dilatatio charitatem ſignificat, quæ ſecundum apoſtolum eſt plenitudo legis, & foris mittit timorem, inquit Ioannes. Cur
1. Io. 4. itaque Dauid poſcit ſibi legem poni, quæ vtique ſi ei non fuiſſet poſita, proculdubio in via mandatorum Dei non cucurriſſet in cordis latitudine Sed quoniam tanquam proficiens loquitur, & Dei donum nouit eſſe, quod proficit, quid aliud petit, cum ſibi legem poni petit, niſi vt in ea magis magiſque proficiet? Quemadmodum ſi poculum plenum teneas, & ſitienti dari incipias, qui bibendo haurit, & poſcit deſiderando. Quibus autem iniuſtis, & non ſubditis, lex in lapideis tabulis ponitur, pręuaricationis reos & non promiſſionis efficit filios. Sed & ille qui eius meminit,
nec

nec illam diligit cuſtodiendo, reus eſt, quoniam memoria eius lapis illi eſt, quodāmodo ſcriptus, non quo adornetur, ſed quo præmatur, pondus oneris illi eſt, & non titulus honoris. Hanc autem legem ſic diſpoſitam, viam iuſtificationum Dei vocauit Dauid. Nec alia via eſt, præter iſtam mādatorum Dei (quam ſe cucurriſſe gauderet) cum dilatatum eſt cor eius. Currebat ergo Dauid, & adhuc currit, donec perueniat ad palmam ſupernę uocationis Dei. Denique cum dixiſſet. Legē pone mihi domine viam mandatorum tuorum, addidit ſtatim. Et exquiram eam ſemper. Quid enim exquirit quod habet? Niſi quia & habet agendo, & exquirit perficiendo. Quibus habitis, liquido patet, ꝙ licet Dauid non eguerit lege in agendo, petijt tamen illam proficiendo. In agendo inquam quoniam tanquam iuſtus, iam viam mandatorū cucurrerat cupiens ſemper in illa profici. Sequentem vero ſententiam, ſic explanare poteris, ne dicat, ꝙ licet lex non ſit iuſto poſita, eſt tamen iuſto neceſſaria, non illam inquam, qua iniuſtus ad iuſtificantem gratiam perducatur, ſed illa eget, qua iam iuſtus effectus, legitime vtatur proficiendo. Et ſic pacatę redduntur ſententiæ initio adductæ.

ps. 118.

Dauid a qua lege eguerit.

CONTRAPO. LXXVIII.

Terram operari mandauerat Deus. Gene. 3.
Nolite cogitare de craſtino. Matt. 6.

Si in temporum initio poſt lapſum protoparētis, mandauerat Deus terram operari, vt inde fructus ſuſciperet homo, ſuſtentationi ſuæ naturę neceſſarios. Cur Chriſtus in ęuangelio ſic reſtrinxit hoc mandatum, vt diſcipulis prohibuerit de craſtino cogitare? Porro qui terram operando labo-

rat, id vtiq; facit, vt ex illa fructus ſuſcipiat, quos ſi non expectaret, non laboraret terram. Huic aūt præter id, quod in priori parte & altera, explanatum reliquimus, ſuperaddendum placuit dicentes ꝙ mandatum de non cogitando de craſtino, ſic intelligēdum duximus, vt cū aliquid boni operis facimus non tpalia, ſed ęterna cogitare debemus. Non enim dicitur craſtinus dies, niſi in tempore, vbi præterito ſuccedit futurum. Cauſam autē, cur cogitandum de craſtino prohibuerit dominus, ip

Matt. 6. ſemet eo in loco ſubiunxit dicēs. Craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibipſi, id eſt cum oportuerit ſumas cibum, aut potum vel indumentum, cum ipſa, videlicet, neceſsitas vrgere ceperit. Sufficit .n. diei malitia ſua. Hoc eſt dicere. Sufficit quod ſumere vrgebit neceſsitas veſtra. Porro ꝙ dicit cras quod ſuperfluum eſt, ſupra neceſsitatem oſtēdit. Nihil ergo curetis ſuperfluum habere dicit Chriſtus, quam vobis neceſſe eſt in vita præſenti ad vſum quotidianum. Non itaque de illis in craſtinum curandum eſt, quorum poteſtatem alijs es dimiſſurus. Sufficit .n. tibi labor & miſeria, quā pateris ī via, propter vſus quotidianos, quos neceſſarios habes. Noli ergo inquit Chriſtus, pro ſuperfluis, ſuperflue laborare, ne labor quidem fiat tuus, fruitio autem alterius, qui poſt te venturus eſt. Pertinet tamen mandatum prioris ſententiæ, ad fragilitatem & mortalitatem, quam prothoparente peccante, meruimus. Huic itaque pęne temporalis neceſsitatis, tu qui per Chriſtum liberatus es a maledictione terræ, noli addere aliud grauius, vt non ſolum patiaris harum rerum indigētiam, ſed etiam propter hanc explendam, milites Deo. Hoc autem loco vehementer cauendum eſt,

(vt alias diſſeruimus)ne forte cum viderimus aliquem ſeruum Dei prouidere,ne iſta neceſſaria ſibi deſint,vel eis, quorum ſibi cura commiſſa eſt, iudicemus contra præceptum facere, & de craſtino eſſe ſollicitum. Poteſtatem enim dedit Chriſtus his verbis, & non conſtrinxit imperio. Ita pleraque in verbis intelligere non valentes,in factis ſanctorum colligimus, queadmodum oporteat accipi, quod facile in aliam partē duceretur, niſi & ipſe reuocaret exemplo. Nam & ipſe dominus,cui & angeli de cęlis miniſtrabant, tamen propter exemplum,ne quis poſtmodum ſcandalum pateretur, cum aliquem ſeruorum eius animaduertiſſet iſta neceſſaria procurare,loculos habere dignatus eſt cum pecunia vnde vſibus neceſſarijs,quidquid opus fuiſſet præberetur. Et ſic pacatæ redduntur ſentētiæ initio adductæ, vt nulla amplius in illis remaneat contradictio. Matt. 6. Matt. 1. Ioā. 13.

CONTRAPO. LXXIX.

AVerte faciem tuam à peccatis meis. ps.50
Ne auertas faciem tuam à me,alibi dicitur. ps.51

Si in quinquageſimo p̄s. qui p̄s. penitentis inſcribitur Dauid dolens de peccato commiſſo in Vriam & coniugem Berſabee, rogauerat Deum ſuplex & humilis iam effectus, vt faciem ſuam auertere dignaretur a peccatis ſuis,cur in alio pſalmo tanquam oblitus eſſet quæ dixerat,dicit e cōuerſo.Ne auertas faciem tuā a me? Agnoſcimus enim vt clara luce apparet,has ſententias contrarium ſenſum in ſe continere,ſed ſi fidei oculo illas contemplari placuerit,nil contradictionis reperiemus in illis. Deus enim licet ſit ſemper benignus, ſuauis, & bonus,omnibus ſe intuentibus, nihilo-

minus faciem ſuam interdū auertere dicitur a pec catis,dū illa clementer ignoſcit. Porro illius igno ſcere,quid aliud eſt niſi illa nolle videre nec agno
p̄s.31 ſcere? Beati enim celebrantur in p̄s.nō ſolum quo rū iniquitates remiſſæ ſunt, ſed ēt quorū tecta sūt peccata. Nec obſtat, quod e cōuerſo dr̄ in alio p̄s.
p̄s.33 quo dr̄. Vultus aūt domini, ſuper facientes mala, qm̄ alia rōe vultus domini fertur ſuper pęnitētes
p̄s. vbi ſupra cōuerſos, & alia rōne ſuper impęnitentes & obſtinatos,ſuper obſtinatos inquā fertur, vt perdat de terra memoriā illorū, ſuper cōuerſos vero, vt remiſsis iniquitatibus remuneret illos in ęterna tabernacula. Dū.n.Dauid rogat et petit ī priori ſententia faciē Dei auerti a peccatis ſuis,iā indulgentiam ſe obtinere poſſe exiſtimabat.Pręmiſerat.n.
p̄s.50 eo in pſalmo. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco,quanti,videlicet,ponderis eſt.Eſt enim magna pars penitentię,peccatorem ſe confiteri et agnoſcere.Inquit enim Sapiens. Iuſtus eſt prior accuſator ſui. Nouerat enim Dauid, ꝙ ſi Deus
p̄s.18 ſuam faciem auerteret a peccatis, culpā ſibi ignoſci. Tunc enim peccatū ignoſci dicitur cum tegitur a Deo, qui illud videre non vult, vt puniat,
p̄s.31 quinpotius auertit faciem,vt illud ignoſcat.Porro auertere faciem dicitur Deus a peccatis, vt nō auertat illam a confitente.Roga itaque illum, vt a peccatis tuis auertat faciem,& non illam auertat a te,tu enim factura eius es, ſed peccatum eſt opus tuūm,quæ ſic intellecta concordabis ſententias initio adductas. Auertat igitur Deus faciem ſuam ab eo,quod tu feciſti, & non auertat ab eo quod ipſe fecit.Te enim hominem ipſe fecit, peccata autem tua,ipſe feciſti.Amat itaque Deus, qđ ipſe fecit,ſed odit quæ tu feciſti,odit tua,& diligit

te,

te. Quæ enim ſunt tua, niſi peccata, & quid es tu, niſi quod ipſe fecit. Sic ergo te diſpone, vt nō auertat Deus faciem ſuam a te, ſic viue, vt in te reſpiciat Deus, quoniam oculi domini ſuper iuſtos. ps. 33
Non igitur male viuas, vt te plenū peccatis aſpiciat Deus, quoniam vultus domini ſuper facientes mala. Bene ergo viuendo, & videris & vides, Quanto enim te familiarius videbit Deus, tanto ſecurius eris, ꝙ te diligat, ꝙ te cuſtodiat. Tu autē vis mala facere quotidie, & ſuſpicaris, te non videri ab illo, qui cœlum terramque implere dicitur, cui & ſecreta cordis apparent. Scire tamen te velim, ꝙ Deus nunquam a te auertitur, niſi prius tu te ab illo auerteris. Tu enim ab illo feciſti caſum, & non ipſe a te fecit occaſum. Fugientis enim dorſa perſequitur, qui faciem redeuntis illuminat. Licet enim Deus puniat auerſum, liberat tamen cōuerſum. Rogemus ergo illum, vt faciem ſuam ſic a peccatis noſtris dignetur auertere, vt non auertat illam a nobis, ſic auertat iram, vt non auertat miſericordiam, ſic ignoſcat, vt non puniat. Rogemus inquam illum, vt in nobis noſtra odiat, ſua autem amet & diligat. Scriptum eſt enim. Nihil odiſti eorum quæ feciſti. Et ſic pacatæ reliquūtur ſententiæ.

Signum dilectionis Dei.

Hier. 23

Licet Deus puniat auerſum liberat nōcōuerſum.

Sap. 11

CONTRAPO. LXXX.

Altiſſimus odio habet peccatores. Ecc. 12.
Commendat Deus char. ſuam in nobis. Rom. 6.

Si peccatorem hominē ſic abhorere dr̄ Deus, vt illum odio habeat, veluti ſapiens dicit. Quomodo verum erit, quod e contrario dixerat Paulus in ſequenti ſententia, ꝙ Deus, videlicet commēdet charitatem ſuam in nobis etiā cum adhuc

 peccatores

peccatores eſſemus? Nam ſi oderat, quando peccatores eramus, quomodo poterat nos diligere? Huic aũt quæ non nil contradictionis in ſe videtur includere placuit dicere, ꝙ poſt lapſum pro-
Gene. 3. thoparentis Adæ, Deus ſtatim odiuit hominem, & ſic odiuit, ut non permitteret eum amplius manere in paradiſo delitiarum. Quod quidem Dei odium in omnes poſteros. poſtmodum ſe diffudit quoniam infecta radice tota arbor vna cũ ramis inutilis facta eſt. Et perdurauit hoc odium, quouſq; veniret ille qui naturã mortalem aſſumens,
Phil. fecit ſe nobis ſimilem. Hic enim ſe tãquam paries
Col. 1. interponens inter Deum & hominem, ſic nos cõpaginauit, ac conciliauit cęleſtibus, faciẽs pacem his qui prope, & his qui longe erant, vt ſic conci-
Eſa. 57. liati, non amplius inimici eſſemus ciuium ſupernorum, quinpotius ſuum precioſum effundẽs ſanguinem ſuper ſtipitem crucis, in redemptionem
Heb. 9. præuaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, tribuit nobis plenariam remiſsionem omniũ dlictorum, fecitque nos de ſeruis filios, de inimicis amicos, de impiis pios, & de terrenis diuinos, & cęleſtes. Hoc myſterium commemorans ipſemet filius, dum eſſet in carne, admirans ait. Sic
Ioan. 3. Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum nõ pereat, ſed habeat vitam ęternam. Cui & aſtipulari poſſumus illud quod idem Ioannes fideles allocutus alibi dixit. Videte qualẽ charitatem dedit nobis
1. Io. 3. Deus pater, vt filij Dei nominemur & ſimus. Diligit enim nos ipſe pater, q̃m membra filij ſui vnigeniti ſumus, qua dilectione dilexit nos priuſquã eſſemus. Non enim tunc nos incepit diligere, dum filius nos reconciliauit ſibi, vt hoc intelligatur, ſicut

Deus pater cur diligat nos.

cut reconciliatur inimicus inimico homini, vt deinde ſint amici, & inuicem diligant, qui ſic ſe oderant prius, ſed nos reconciliati dicimur illi, cum quo per peccatum inimicitias habebamus, vt cõfidenter apoſtolus poſſet dicere. Cõmendat Deus dilectionem ſuam in nobis, cum adhuc peccatores eſſemus. Habebat itaque ille, erga nos charitatem ſuam, etiam cũ inimicitias aduerſus eũ exercentes, operaremur iniquitatem. Et tamen veriſſime dictũ eſt. Odiſti domine oẽs qui operãtur iniquitatem. Proinde diuino & miro modo, & quãdo nos oderat diligebat, Oderat enim nos quales ipſe non fecerat. & quia iniquitas noſtra, opus eius quod fecerat, non omni ex parte conſumpſerat, idcirco etiam nos diligebat. Nouerat enim ſimul in vnoquoque noſtrum & odiſſe quod feceramus, & amare quod ipſe fecerat. Et hoc quidẽ in omnibus intelligi poteſt in illo, cui veraciter dicitur. Nihil odiſti eorum quæ feciſti. Merito quippe odit, & velut a regula ſuæ artis alienum improbat vitium, amat tamen ſuum, etiam in vitioſis, vel ſanationis beneficium, vel damnationis iudicium. Naturarum enim & non vitiorum cõditor, mala quæ odit, ipſe nõ fecit. Nos igitur exẽplo ſui diligamus quemlibet hominem, ſed peccatorem odio habeamus. Tũc enim ſecuri odimus in malis malitiam, cum naturam diligimus. Quibus ad plenũ habitis, conciliantur prænotatæ ſententiæ initio adductæ, quoniã licet Deus odio habeat peccatores, diligit tamẽ naturam, quam ipſe creauit ad ſuam imaginem.

Rom. 6.

ps. 5.

De⁹ qñ nos oderat quomodo ẽe amabat

Sap. 2

Quid deus in nobis diligat.

Gene. 3.

CONTRAPO. LXXXI.

Ioan. 3. *NEmo aſcendit in cœlum niſi qui deſcendit*
Phil. 3. *Noſtra conuerſatio in cœlis eſt.*

Si Chriſto teſte, Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit, ſolus ipſe in cęlis erit, quoniam ſolus deſcendit, dum in hunc mũdum intrauit? Quo modo verum erit, id quod in ſequenti ſententia dicitur vice Pauli & Philipenſium? Hanc priorẽ licet ad plenum explanatam reliquerimus in priori parte noſtri operis, quam per tomos diſpoſuimus, nihilominus, quoniã nõ nulla modo addẽda ſe obtulerunt, quæ ſilentio alias pertranſiuimus, idcirco ad harum conciliationem placuit dicere, ꝙ Chriſti ſententia non eodem ſenſu currit cum ſequenti. Prior enim de perſonali, ſeu corporali Chriſti aſcenſu intelligẽda eſt. Ipſe enim, vt Marcus refert, perfecto opere noſtræ redemptionis, iuxta mandatum ſibi a patre collatum, ad cęlos, vnde venerat, reuerſus eſt, Aſcendit autem, vt &
Mar. vltimo. nos in ſe credentes de imis eleuaret ad ſumma, & de terrenis cęleſtes faceret. Aſcendit inquam tã quam caput, vt & nos poſtmodum, tãquam mẽbra eius aſcenderemus, modo mẽte, poſtmodum corpore. Exuamus ergo nunc animi vetuſtatem, vt poſtremo exuamur carne mortalitatis. Facile enim corpus ad alta cęlorũ eleuabitur, ſi nos nõ præmat ſarcina peccatorum. Sicut enim ille aſcen
Mat. 28. dit, nec a nobis receſsit, ſic & nos cum illo, ibi iã ſumus, quamuis nondum corpore, modo factum ſit, quod nobis promittit. Dixit enim ad patrem
Ioã. 17. conuerſus. Volo pater, vt vbi ego ſum, ille & miniſter meus ſit. In vna ergo ſpe, in vna fide, ac in vna dilectione maneamus, dum viatores ſumus.

Quod

Quod & ipſe rogat dum cęlum aſcendit, & patrē alloqueretur. Dixit .n. Rogo pater, vt ſicut ego & tu vnum ſumus, ita & iſti (fideles ſuple) in me credentes, vnum ſint in te, dilectione (videlicet.) Quem gradum fortaſſe obtinuerant Philipenſes, vna cum Paulo, idcirco poterant confidenter dicere. Noſtra conuerſatio in cęlis eſt. Porro licet præfati terreno corpore habitarent in terris, mens tamen illorum erat capiti iam coniuncta in cœlis, cuius iam membra, per fidem & charitatem effecti fuerant. Quapropter hęc poſterior ſententia, nil contrariatur priori, quoniam hęc de ſpiritali aſcenſu, qui corde & mente perficitur intelligenda eſt, ſed priorem de corporali, & perſonali Chriſti aſcenſu, vt præfati ſumus, intelligendam duximus. Sit itaque prioris ſententię ſenſus, vt ſic intelligatur. Nemo aſcendit in cęlum. Hoc eſt dicere. Nemo poteſt ad id muneris peruenire, vt Chriſti membrum efficiatur, & cum illo cęlū aſcendat, niſi ſpiritu & mente illi coniungatur, fideque & charitate illi adhereat. Ipſe enim vna cū ſuis membris, totū hoc ſpiritale corpus integrāt, cuius corporis ipſe caput eſt. Secūdum quem ſenſum locutus eſt Paulus, dum ait. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. Eſt tamē ipſe Chriſtus aliter vnū cum patre, & aliter vnū nobiſcum. Eſt vnum cum patre in eſſentia, & in ſubſtantia, quoniam vna eſt eſſentia patris & filij. Vnum cum patre inquam, quoniam cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe ęqualem Deo. Nobiſcum autem factus eſt vnū in tempore, quoniam ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. Vnum nobiſcum inquam, ſecundum ſemen Abraę. Quapropter quoniam

Ioā. 17. Phili. 3. Ioan. 3. 1. cor. 6. Phili. 2.

& nos ad id pertinemus, quod eſt Chriſtus, nobis ſimul per fidem incorporatis, & illi capiti cohærentibus, vnus eſt Chriſtus. Quoniam et nobis quoque dictum eſt. Vos ſemen Abraæ eſtis. Si. n. vnum eſt ſemen Abraæ, & illum ſemen Abraæ, non intelligitur niſi Chriſtus. Ergo & nos qui membra ſumus de membro, Abraæ ſemen dicimur. Neceſſario ergo hoc totum, caput, videlicet, vnitum ſuis membris, vnum erat. Vbi igitur dicitur eſſe caput, illic & ſua membra eſſe, decens eſt, vt corpus non remaneat monſtruoſum & trũcatum. Elaboremus itaque, vt quemadmodum dominus, qui caput noſtrum eſt, cum corpore cõſcendit ad ſuperna, ita & nos poſt illum, quomodo nunc poſſumus aſcendamus, ſpe (videlicet) & corde. Ordinemus igitur & cuſtodiamus in nobis ſtatum vtriuſque ſubſtantiæ, ne animam nobiliorem, vtique hominis portione, tartaro pars deuoluat inferior, ſed ſecum potius ſanctificatũ corpus acquirat natura glorioſior, quando vna cum anima cęlum aſcendet. Fugiamus interim carnalia deſideria quæ militant aduerſus animam, nihil nos delectet in infimis, qui patrem habemus in cęlis. Sit igitur modo vita noſtra in terris, vt mente & corde habitemus in cęlis, quouſque dies promiſſus aduenerit. Quibus præhabitis pacatæ redduntur ſententiæ initio adductæ.

(Margin: actuũ. 7. — Hebr. 2. — 1. cor. 2. — Qualiter cum Chriſto debem⁹ aſcendere. — 1. Pet. 2.)

CONTRAPO. LXXXII.

(Margin: Marc. 2. — 1. cor. 5.)

Chriſtus manducabat cum peccatoribus, bibebatq́;.
Paulus prohibuit cibum capere cum forniicariis.

Si Chriſtus, quẽ toto poſſe noſtro imitari hortamur in opere, mãducabat bibebatque cum peccatoribus et publicanis, vt Marcus refert, cur Paulus in

lus in cuius pectore Chriſtus reſonabat ſic contrarius ſe obtulit præceptoris ſententiæ vt Corinthijs ſcribens interdixerit cibum ſimul capere cũ fornicarijs & ſimilibus, qui & in peccatorum genere annumerantur? Ait.n. pręfatos allocutus. Si quis frater nominatur ĩ vobis, aut fornicator, aut idolis ſeruiens, aut auarus &c. cũ huiuſmodi, nec quidem cibum ſimul capere. Cui igitur fides adhibenda erit, ſi veritatis præco ſic ſe oppoſuit veritati. vt ꝙ vnus conceſſerit, alter prohibuerit? Porro non poſſunt homines, ſic in hoc mundo viuere, vt talibus interdum nõn commiſceantur, nec illos Chriſto lucrifacere poterunt, ſi illorum colloquium conuictumque vitauerint. Nonne vt peccatores ſaluos faceret Chriſtus venit in mũdum, vt ipſemet atteſtatus eſt, vna cum Paulo? Nonne Chriſtus de huiuſmodi peccatoribus locutus in ęuangelio, dixit. Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus? Quapropter, ne et has cõfuſas relinquamus, ſic illas conciliantes dicimus Paulum dũtaxat prohibuiſſe comercium, cibumque ſimul capere cum peccatoribus illis, quorum ſalutis ſpes omnino ablata eſt. His enim ſic bono operi ſe opponentibus, commiſceri non licet, cum ſint in periodo reue tendi ad Deũ. Quibus voce domini dicitnr. Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum. Secundum quem ſenſum Chriſtus allocutus diſcipulos de Phariſeis, ait. Sinite illos cęci ſunt, et duces cęcorum. Paulus vero doctrinam pręceptoris ſecutus, mandauit deuitandum Alexandrum ærarium, quoniam multũ reſtiterat verbis eius. Alteri vero eccleſię de huiuſmodi hominum genere

1. cor. 5.

1. Ti. 1.

Matt. 9.

Marc. 2.

Hier. 13

Mat. 15

2.Th.3. nere locutus,ait. Si quis non obaudit verbo noſtro,hunc per epiſtolam notate, & nolite commiſceri cum eo.Ioannes autem ęuangeliſta de aliquibus ſic verbo veritatis proteruientibus locutus,
1.Ioã.2. ait.Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis. Non enim pro huiuſmodi relinquitur hoſtia, cũ ſint in termino reuertendi ad Deum.Quorum fi-
Phili.3. nis interitus eſt.Tutius enim eſſet cum extraneis & paganis habere commercium, ſimulque cum illis manducare,quam cum his, qui aliquãdo per fidem nobiſcum erant, demum ſuo malo genio, vitam malam tenentes a catholica receſſerunt ec-
Marc.2. cleſia.De his vero qui parati ſunt corrigi, intelligenda eſt Chriſti ſententia, cum quibus & Paulus frequens commercium habere conſueuerat.
1.cor.2. Hic enim ſic correctus & emendatus gaudebat
ps. 140. in ps̃.dicens. Emendauit me iuſtus in miſericordia.Nec huiuſmodi genus hominum,ſe emendari parantium mandauit eccleſia deuitare, dum de excommunicatis nominatim mentionem facit in canone.Quin potius ſenſatis fidelibus,qui his uerbo & exemplo prodeſſe poſſunt, liberum concedit habere commercium,vt eorum oſtenſis errori bus retrahantur a vijs ſuis peſsimis,& reuertan-
Exo.20. tur ad dominum, qui benignus & miſericors dicitur, parcens in millibus. Concludentes itaque,quę ſupra protraximus, relinquimus ex iam dictis,Chriſti ſententiæ nullatenus Paulum fuiſſe contrarium.

CONTRAPO. LXXXIII.

Ioã. 11. *Chriſtus gauiſus eſt in morte Lazari.*
Ioã. 11. *Chriſtus lacrimatus in morte Lazari.*

Si Chriſtus dominus noſter,qui gaudium mun-

di

citur gauiſus fuit in morte Lazari amici ſui, vt Ioannes refert, quomodo verum erit, ꝙ in morte eiuſdem illacrimatus fuerit? Hæc enim (vt cernimus) contradictionem inferunt, gauiſum, videlicet, fuiſſe Chriſtum, & non gauiſum. Sunt enim hæc impoſsibilia ſimul eſſe, eodem tempore, et in eodem ſubiecto. Porro ſi quis gaudet pro aliqua re, illacrimari non eſt dicendus pro illa. Sed ſi mētis oculos eleuare placuerit, clara luce videbimus vtrunque in domino fuiſſe, vt refert hiſtoria. Gauiſus quidem eſt dominus, in morte amici ſui Lazari, ſed non pro morte, nec eodē ꝑtpe, nec minus eodē in loco, & lacrimatus eſt et gauiſus ē. Gauiſus inquam, dū cū diſcipulis morā traheret vltra Iordanem fluuium, vbi audita morte Lazari ait. Gaudeo propter vos. Illacrimatus vero in Bethania, coram ſepulcro eius, ſed nō eodem die, quinimo ſequenti die. Gauiſus itaque, vt viſa Lazari reſurrectione, diſcipulorum fides augeretur et firmaretur in cordibus illorum. Sed lacrimatus propter aſtātium Iudeorum incredulitatem, quoniā nec reſurgente Lazaro Chriſto domino crediturí erāt. Sed myſterium huius gaudij, & harum lacrimarum inſpiciamus. Lacrimatur enim dominus in morte Lazari, vt ſuis lacrimis, mundi peccata deleat. Si enim Petrus lacrimarum ſuarum fuſione, valuit propria peccata abſtergere, quomodo non magis credimus lacrimis domini, mūdi peccata fuiſſe deleta? Denique poſt domini lacrimas, multi ex populo Iudeorum aſtantium crediderunt in illum, cæteris in incredulitate remanētibus. Vicit enim ex parte aliquorum Iudeorum incredulitatem, dominici pietatis affectus, & diſcordes mentes illorum molliuit prima fuſio lacrimarum,

Chriſt⁹ quomodo gauiſus ſit morte Lazari.

Ioan. 11

marum Gaudium vero Chriſti,quo(vt fertur) gauiſus eſt,non ſic accipiendum eſt, ꝙ increuerit in eo,cum ab æterno gaudio plenus eſſet. Lacrimas itaque,pro nobis fudit, hic pellicanus in hoc mundo,vt & nos ęterna gaudia mereremur. Porro Chriſti gaudium in nobis,gratia eius eſt, quã dignatus eſt præſtare nobis. Quanquam gaudiũ perfectum in hoc mundo, nec eſt, nec aliquando fuit,nec haberi poſsit,ſed reſeruetur in illa ſempiterna gloria,in qua letabimur cum ſanctis angelis Dei. Non enim gaudium habendũ in hoc mũdo promiſerat Chriſtus diſcipulis ſuis,ſed triſtitiã & meſtitiam. Quippe illos allocutus, dixit. Vos triſtitiam habebitis, ſed triſtitia veſtra conuertetur in gaudium,ęternum ſuple, expectandum in alia vita. Non enim ſe compatiuntur gaudium huius vitæ cum illo ęterno. Quapropter Chriſtus ait, Beati qui lugent(ſuple dũ viatores ſunt)quoniam conſolabuntur (videlicet) in alia vita. De gaudentibus enim in hac vita, illud tremebundũ legitur. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Sed e conuerſo de lacrimãtibus dicitur in pſalmo. Qui ſeminant in lacrimis, in gaudio metent. Hæ enim lacrimæ pro reatibus noſtris fuſę, dum hunc mundum inhabitamus, ęternum nobis parant habitaculum. Porro e conuerſo Mundi gaudia mundialibus pręparant ęterna ſupplicia. De lacrimis fuſis pro Chriſti nomine Auguſtinus locutus, ait. Vbi lacrimæ multæ, ibi ſpiritalis ignis accenditur, quæ tanto ſunt vberiores,quanto homo melior eſt. Quanquam pluribus de cauſis nobis lacrimandum ſit, dum ſumus in hac lacrimarum valle. Lacrimandum quippe nobis eſt, non tantum de proprijs offenſis,

Margin notes: Gaudiũ perfectũ quando erit nobis. — Ioa. 16. — Matt. 5. — Iob. 21. — ps. 125. — Auguſt.

ſis, illatis contra Deũ & in proximum, & de mi Cur ro
ſerĳs peccatorum male viuentiũ & de timore pe bis lacri
næ æternæ, & de incolatu huius vitę, prout edoce mādũ ē.
mur ab illo, qui meſtus & dolēs aiebat in p̃s. Heu
mihi quia incolatus meus prolõgatus eſt. cui ſen Ps. 119.
tentiæ & illud adſtipulari poteſt, quo dicitur.
Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fon Hier. 9.
tem lacrimarum? Porro quãuis cętera bona ope-
ra ad impetrandam gratiam leniant & inclinent
Deum, lacrimæ tamen ipſum tangunt, & uiolē-
tant. Ob quod dicit Hieronimus. Oratio Deum Hieroni
lenit, ſed lacrima illum cogit, hæc vngit, illa pun- mus.
git. Nam ſicut aer ex pluuĳs ſerenatur, quoniam
pluuiarum inundatio, eſt tranquillitas aeris &
quietatio, ſic homo per lacrimarũ aquã pluuio-
ſius effectus, in aere conſcientiæ ſerenatur. Et ſic ſe
renatur, vt cęleſtis gloriæ ſerenitas, ex illo finali-
ter procreetur. Fletus enim conſolatio eſt ani- Flet. ſpi-
marum, corroboratio ſenſuum, peccatorum ab- ritalis
lutio, refectio mentium, & omnium culparum quid ſit.
lauacrum. Pœniteamus ergo dum peregrinamur
& toto corde, ad Deum conuerſi indulgentiam 1. cor. 5.
cum lacrimis poſtulemus, vt Deum quem per
peccatum contra nos iratum habuimus, per la-
crimarum effuſionem propitium obtineamus.
Quibus præhabitis conciliatæ redduntur ſenten-
tiæ initio adductæ.

CONTRAPO. LXXXIIII.

Angeli eorum ſemper vident faciem patris, Mat. 18.
Non quia patrem vidit quiſquam. Ioan. 6.

Videntur enim hę duæ ſententię ad inuicem
multum diſtare, & eſſe diſsimiles, ſed ſi oculis fi-
dei rectius introſpexeris, & ſano ſenſu cōſpicies,

clara luce videbis, illas nullatenus diſſentire. Altera enim ſententia, poſterior, (videlicet) ad hominem duntaxat referēda eſt, dum dicitur, QVISQVAM. Porro qui hanc ſententiam protulit, quoniam homo erat, loquens in carne, loquens cum homine, idcirco ita locutus eſt. ac ſi diceret. Quiſquam hominum patrem non vidit, niſi ego Non ergo de ſanctis angelis eſt intelligenda ſentētia. Apoſtolus vero qui de inuiſibili Deo locu-
1. Ioā 4. tus eſt, apertius dixit. Quem nemo hominum vidit, nec videre poteſt. Nec dixit abſolute, nemo, ſed nemo hominum. Vbi oſtendit queadmodum intelligi debeat, quod dictum eſt. Deum nemo vidit vnquam. hoc eſt, nemo hominum. Sicuti nemo aſcēdit in cęlum, cum angeli ſoleant illud aſcendere, cum conſueuerint inde deſcēdere, venientes ad nos. Nec tamen Apoſtolus dixit. Nemo hominum poterit videre, ſed nemo poteſt. Poterit enim homo Deum videre, ſed tunc, cū erit æternum fidelium præmium. Eapropter ait
1. Ioā. 3. Ioannes. Similes ei erimus, quādo videbimus eū ſicuti eſt. Porro ab angelis modo videri, & ab hominibus videndum, cum facti fuerint æquales angelis non dubitamus. Quoniam videri eum ſicuti eſt in natura, oculus hominis non poteſt, inquit
Hieronimus. Hieronimus. Et hoc non ſolum repugnat homini ſed nec Angeli, nec throni, nec poteſtates, nec dominationes, nec quamuis cęleſtis militia, nec omne quod nominatur ī terris, nec vlla creatura po-
De9 quō videtur a creatura. teſt videre creatorem, veluti eſt in natura, vt puta ſecundum quiditatem eius, cum ipſe ſic ſolum ſit obiectum adęquatum intellectus diuini, totā euacuans potentiam. Nec obſtat, quoniā in alia vita mutemur in melius, & æquamur Angelis,

iuxta

iuxta illud. Et erunt ſicut Angeli Dei. Quoniam ipſe Deus in propria forma a creatura minime videri poteſt. Nec minus obſtat, quod multi theologantium dicentium aſſerunt. ꝙ Beati in patria videbũt Diuinam eſſentiam. quoniam licet, eam viſuri ſint, & per illam beandi, non tamen quiditatem illius introſpicient nec agnoſcent, veluti de homine alium vidente hominẽ dicere poſſumus. Porro licet vnus homo alium videat, quiditas tamen eius qui videtur, videntem latere dicitur. Quanquam pronotati dicerent, ꝙ in iſta viſione beatifica, ſit tantummodo proportio attingentię. Cabaliſtę vero, hi inquam, qui ſenſum clarum retinent ſcripturarum, dum de Dei viſione ſermonem faciunt, aſſerunt eum videri poſſe ab homine, etiam dum viator eſt, ſed duntaxat per mortẽ oſculi. Et hoc fit dum anima per internam contẽplationem, taliter extra ſeipſam tollitur, & eleuatur, vt poſita in raptu & eſtaſi, Deo ſponſo adherreat, & taliter (vt aiunt) formatur in huiuſmodi adheſione, vt ſuper omnẽ intellectum effecta, cognoſcat omnia, veluti puræ creaturæ cõceſſum eſt. Hec autem ſecundum eos dicta ſint. Concludentes itaque quæ ſupra memorauimus dicimus, ꝙ ſolus vnigenitus Dei filius, qui eſt in ſinu patris, Deum videt in propria forma. Quod & nulli alteri creaturæ conceſſum eſt, vt præfati ſumus, diffuſius in priori parte operis noſtri. Nec obſtat prior ſententia alteri ſequenti, quoniam licet angeli ſemper videant patris faciem, non ob hoc vident nudam eſſentiam Dei, ſemotã, videlicet, ab oĩbus relationibus, quoniam ſic dũtaxat eſt obiectum diuini intellectus (vt præhabitum eſt.) Reliqua vero, hanc materiam de Dei viſione cõcernentia

Mat. 22. — Opinio Cabaleorum. — Mors oſculi quid. — Ioan. 1. — Mat. 18.

nentia videat curioſus lector in priori parte noſtri operis contradictionem, uidelicet, 32. 48. et 49. Et ſic pacatę reliquuntur ſententiæ initio adductę de viſione patris.

CONTRAPO. LXXXV.

Gene. 1. Mar. 10. *Omnia quæ fecit Deus erant valde bona*
Bonus nemo niſi ſolus Deus.

Cum Deus in initio temporum, bona creauerit omnia, dicente ſcriptura. Et ecce omnia quæ Deus fecerat, erant bona valde. Cur dominus in euangelio dicit econtrario. Nemo bonus niſi ſolus Deus? Profecto ſi ſolus Deus bonus dicitur, non erit verum dicere, ꝙ omnia creata fuerint valde bona. Et iterum. Si Deus bonus dicitur, & illa creata, bona valde, ſequetur, ꝙ quę Deus creauerat, meliora dicenda ſint, quam ſit ipſe Deus, qui bonus ſcribitur, abſque illo aduerbio VALDE. Explanantes igitur eam, quæ primo loco poſita eſt, placuit dicere, ꝙ licet omnia, quæ Deus fecerat, bona valde dicerentur et eſſent, non tamē ſic bona fuiſſe intelligenda ſunt, veluti Deus dicitur bonus, qui illa fecit, hæc autem facta ſunt. Dicuntur vero hæc valde bona, quoniam nil illis deſit ad entitatem rei. Species enim rerū creatarū ſe habent ſicut numerus. Porro veluti numeri alius eſſet, ſi vnitas illi adderetur. Ita ſi gradus entitatiuus, rebus ipſis creatis adderetur, iā illa non eſſent, quę Deus creauerat. Nec Deus illa faciens, genuit de ſeipſo, vt hoc eſſent, ꝙ ipſe eſt, ſed illa fecit de nihilo, vt non eſſent ęqualia, nec ei a quo facta ſunt, nec filio eius, per quē oīa facta ſunt. Hæc vero bonitas qua Deus bonus dicitur, non eſt ſibi accidens, veluti creaturarum bonitas, ſed eſt ſibi

Creata omnia quomodo dicā tur.

bi

bi conſubſtantialis,& vt ita loquar. Bonitas illa diuina in abſtracto accipienda eſt, vltima, videlicet, abſtractione. Cætera vero omnia, & ſi bona dicantur, creatione vel aliunde, huiuſmodi participatione, dicenda ſunt bona, quia ab illis ſemota, nullatenus bona dicenda eſſent, Ipſe enim Deus lucem inaceſſibilem inhabitans, radios ſuæ innatæ bonitatis ſuper creaturas diffundens fecit illas, & bona dici voluit & eſſe. Qui illas ex nihilo creando voluit, vt non ſolum eſſent, ſed etiam, vt bona eſſent vnumquodque autem in genere ſuo, cui nihil addendum eſſet in ſua quiditate. Bona vero iſta, non tantum magna, ſed & media, ſed et minima eſſe non poſſunt, niſi ab illo a quo ſunt omnia bona, hoc eſt a Deo, qui abundantia ſuæ largitatis, non ſolum magna, ſed etiam media, & minima bona eſſe præſtitit (vt præfati ſumus.) Eſt tamen hæc differentia inter bona creata, & ipſum Deum, quoniam bona quæ vitiantur, licet quantum in ſe eſt, bona ſint dicenda, non tamẽ dicẽda ſunt ſumma bona, veluti Deus ſummus bonus dicitur. Ipſe enim ſolus bonus dicitur, quod vitiari non poteſt. Cætera vero bona, & ſi ab illo ſunt, ac ab illo dependent, vitiari tamen poſſunt per ſeipſa, Quoniam in ſeipſis conſideratis, nihil ſunt, per ipſum autem Deum, partim non vitiantur, partim vitiata ſanantur, Dicis autem his obijciens. Cum Moiſes in creaturarum exordio, dum de ſingulis ageret dixerit. Vidit Deus ꝙ eſſet bonum, cur dum de omnibus recapitulando locutus infra, parum ſibi viſum fuit dicere, BONA, niſi adderet, & valde bona. Huic arbitramur dicendum, ꝙ ſi ſingula opera Dei a prudentibus conſiderentur, inueniuntur habere laudabiles menſu-

Bonita Deibs ſtracto dicitur.

1. Ti. 6.

Bona creata à quo ſunt.

De᾽ quō bonus.

Gene. 1.

ras numeros,& ordines, in ſuo quouis genere cō ſtituta,cur nō magis omnia ſimul, id eſt ipſa vniuerſitas? Omnis enim pulcritudo, quę partibus conſtat,multo eſt laudabilior in toto,quā in parte. Nam ſi in humano corpore laudamus oculos ſolos,ſi naſum ſolum,ſi genas,aut ſolum caput,ſi manus,aut ſolos pedes,& cętera. Si inquam pulcra ſingula & ſola laudamus, quanto magis totum corpus,cui omnia membra,quæ ſingula pulcra conferunt pulcritudinem ſuam? Poſteriorem vero ſententiam explanantes dicimus, ꝙ Chriſtus dum illam protulit,illi reſpondebat, qui vitā æternam ab illo quærebat. Illi inquam,qui ſe tantum hominem eſſe putabat. Dicebat enim,dominum allocutus. Magiſter bone. Cui & Chriſtus reſpondens ait. Cur me bonum dicis?q.d.cur me duntaxat iudicas ſecundum hanc formam aſſumptam,quam tui ſimilem cernis? & non potius ſecundum illam in me latentem,quā mirabilia operor? Hanc enim quam corporeis oculis cernis, boni & mali,pij & impij, & vident & viſuri ſunt in extrema die, licet hoc non ſit bonum futurum eis,qui mala agunt. Non ergo me bonum dicas, ſecundum hanc formam, quam etiam viſuri ſunt illi, qui me pupugerunt. Eſt & alia forma, quam non adhuc vides, nondum oculos reuelatos habens, hanc enim credere te oportet, vt ſaluus fias, quam non videbunt impij in die finali, ſed ſoli iuſti, Et ſecundum hanc formam, bonus ſum pijs,quos & dignos reddam,vt me videant. Quibus præhabitis,ſic conciliatæ redduntur prænotatæ ſententiæ, vt nulla amplius contradictio in illis remaneat.

Pulcritudo laudabilior in toto quā in parte.

Mar. 10.

Apoc. 1.

CONTRAPO. LXXXVI.

Spiritu ſancto diligitur Deus. Ioã. 14.
Spiritus ſanctus promittitur diligenti Deum.

Profecto ſicuti, teſte Paulo, nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in Spiritu ſancto, ſic nemo poteſt, vt decet, Chriſtũ diligere, ſine Spiritu ſancto. Et tamen ex Chriſti ſententia aliud infertur, ꝙ, videlicet, diligenti Chriſtum dandus ſit Spiritus ſanctus. Sic enim Chriſtus allocutus eſt Apoſtolos, vt diceret. Si diligitis me mandata mea ſeruate, & ego rogabo patrem, & alium paracletũ dabit vobis. Ioã. 14. Quomodo enim diligimus illum, vt Spiritum ſanctum accipiamus, quem niſi habeamus, nequaquam valemus Deum diligere? aut quomodo mãdata eius ſeruabimus, vt Spiritum eius habeamus, quem niſi habeamus mãdata ſeruare non poſſumus? An forte præcedit in nobis charitas, qua Chriſtum diligimus, vt ipſum diligendo, eiuſque mandata faciendo mereamur accipere Spiritum ſanctum, vt charitas, non Chriſti, quæ iam præceſſerat, ſed Dei patris, diffundatur in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis? Peruerſa enim eſt hęc ſententia, qui enim ſe filium diligere credit, & patrem non diligit, profecto nec filium diligit, ſed quod ſibi ipſe confinxit. Apoſtolica enim vox eſt. Nemo dicit Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto. Et quis 1.co. 12 dominum Ieſum dicit niſi qui eum diligit. Si eo modo diligit, quo Apoſtolus ĩtelligi voluit. Multi enim voce dicunt, corde autem & factis negãt. De talibus. n. dicitur. Confitentur ſe noſce Deum, Timo. 1. factis autem negant. Nemo itaque dicit dominus Ieſus, animo, verbo, facto, corde, videlicet, ore,

opere,nemo inquam dicit dominus Ieſus, niſi in
1.co.12. Spiritu Sancto,& nemo ſic dicit, niſi qui diligit,
Iam itaque Apoſtoli quibus tunc loquebat̃ Chri
ſtus,& ſi in Spiritu ſancto dicebant, dominus Ie
ſus non ficte ore confitebantur corde quoque &
factis non negantes. Prorſus & ſi veraciter hoc
Ioã.14. dicebant, proculdubio diligebant. Quomodo
igitur diligebant niſi in Spiritu ſancto? Et tamen
eis prius imperatur, vt diligant eum & eius man
data conſeruent, vt accipiant Spiritum ſanctum
quem niſi haberent,profecto diligere eum et eius
mandata ſeruare non poſſent, Ergo reſtat,vt in-
telligamus,Spiritum ſanctum habere,qui diligit,
& habendo mereri,vt plus habeat,& plus habẽ
do,plus diligat. Iam itaque diſcipuli habebãt Spi
ritum ſanctum,quem dominus promittebat,ſine
quo, dominum Ieſum non dicebant, nec tamen
eum adhuc habebant,ſicut eum dominus promit
tebat.Habebant ergo & non habebant,qui quã-
tum habendus fuerat,nondum habebãt.Habebãt
itaque minus,dandus erat eis amplius.Habebant
occulte,dandus fuerat manifeſte.Quia & hoc ad
maius donum Sancti ſpiritus pertinebat,vt eis in
noteſceret,quod habebant.Conſtat igitur,nec il-
li,nec nos Chriſtũ poſſe diligere, ſine Spiritu san
cto,nec mandata eius poſſe ſeruare,& id nõ poſ-
ſe,atque agere tanto minus,quanto illum percipi
mus minus, tanto autem amplius, quanto illum
percipimus amplius. Proinde non ſolum non ha
benti verum etiam habenti, non incaſſum pro-
mittitur,non habenti quidem, vt habeat, haben-
ti autem,vt amplius habeat,nam niſi ab alio mi
nus, ab alio amplius haberetur, Heliſeus ſancto
4.Reg.2 Heliæ non diceret.Spiritus qui eſt in te, duplex ſic
in me.

in me. Neque ob hoc diuiſus intelligitur ſpiritus, ſed dona per ſpiritum. Nam diuiſiones donatio- num ſunt inquit Paulus, idem autem ſpiritus. Et ſic ex iam præhabitis, manifeſte patet harum ſen tentiarum conciliatio. 1.cor.12

CONTRAPO. LXXXXII.

Vobiſcum ſum vſque ad cõſumationem ſeculi. Mat.vlt.
Veniemus & apud eum maſionem faciemus. Ioã.14.

Si Chriſtus de ſua iugi permanentia cum fideli bus, allocutus Apoſtolos dixit. Ecce vobiſcũ ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſe- culi, cur in ſentẽtia ſequenti, locutus de ſe diligẽte ait. Et ad eum veniemus, & manſionem apud eũ faciemus? Vnde enim venire habet ille, qui vbi- que & omni tempore, ſemper adeſt. Quem enim locũ habet deſerere, hæc ſancta Trinitas, vt apud ſe diligentem veniens, manſionem faciat? Quis enim locus vacuus dari poteſt, quem nõ impleat, qui cœlum terramque implere dicitur? Magna enim eſt hæc promiſſio Dei, quam facit diligenti bus ſe in poſteriori ſententia. In plurali enim dixit veniemus, totam ſignificans Trinitatem, vt oſtẽ deret ſe velle bonũ homini, qui Chriſtum diligit. Veniemus inquit, nõ viſibiliter, ſed ſpirituali qua dam viſitatione, per internam, videlicet, conſola- tionem, per gratiæ augmentationem, & per dile- ctionis incrementum, ac per omnium bonorum multiplicationẽ. Veniemus inquit. Magna enim eſt Dei dignatio, ingenſque beneficium, quo nihil maius cogitari poteſt. Qui enim in ſe Deum ha- bet, quid non ex ipſo petere licet? Si cui deeſt ſa- pientia, diuitiæ, vita, iuſtitia, auxilium, conſolatio &c. Nonne hęc omnia in Deo inueniet? Nec ob- Hier.23 Ioã.14. Iaco.1.

ſtat, quoniam pręſentia Dei, non ſemper ſentitur non enim ob hoc abeſſe, credendus eſt. Nam & infans & dormiens, habent quidem pręſentem vitam, ſed neuter eorum ſentit, ſe habere vitam. Nā ſicut infanti expectandum eſt etatis adultioris tēpus, & dormienti expectanda eſt vigilię hora, vt intelligant & ſentiant ſe viuere. Ita oportet afflictum & morientem expectare tempus reuelationis. Quaquā interim omnia bona Dei poſsideat.

Eſa. 30. In ſilentio enim & ſpe (ait propheta) eſt fortitudo veſtra. Nec ſufficit eum dixiſſe veniemus, niſi &

Ioā. 14. addidiſſet. Et manſionem apud eum faciemus. O mira Dei bonitas, & non audita pietas. Non enim Deus contentus eſt venire ad nos ſolū, ſed inſuper promittit ſe nobiſcum manere. Et manſionem inquit apud eum faciemus. Sic enim & olim prędixit, inhabitabo in eis, & inambulabo &c.

Ezec. 43 O quam fęlix homo, qui talem & tantum hoſpitem meretur accipere. Eſt enim Deus ſatis hoſpes magnificus, nō enim venit vacuis manibus, nec abit inſalutato hoſpite. Nec mirum, Abraam ſu-

Gen. 18 ſceptis tantum angelis, ingenti dono donatus eſt,

Gen. 19 filio ſcilicet quem diu concupierat. Loth iſdem angelis ſuſceptis e ſubuerſione Sodomæ liberatus

2. Reg. 6 eſt. Obedendon Arcam Dei tantum in domum ſuam exceperat, & breue tempus benedictionem

Luc. 1. meruit omnium quæ habebat. Maria ingreſſa domum Zachariæ, & ipſa & Eliſabet, imo & Ioannes nondum natus, impleti ſunt Spiritu ſancto. Quid igitur deeſſe poterit ei apud quē tota Trinitas manſionem habet? Vide igitur quam facile ingentia bona, imo Deum ipſum omnium bonorum fontē acquirere poſſumus. Obſeruemus ita-

Ioā. 14. que. ꝙ manſionem habet Pater Filius & Spiritus

ſanctus

ſanctus apud credentes, etiam in hac vita, ſed nõ tam perfecte veluti in futura Faciunt inquam mã ſionem hanc fœlicem in interiori homine, qui per amorem & fidem coniungi-ur illis. Et ſecundum hunc ſenſum locutus eſt Paulus, dum ait. In interiori homine habitare Chriſtum in cordibus noſtris, Veniunt itaque ad nos hæ perſonæ diuinæ, dum nos venimus ad eos. Veniunt illi ſubuenien do, ſi nos venimus obſequendo. Veniunt illi illuminãdo, venimus & nos intuendo. Veniunt implendo, venimus nos capiendo. Vt illorum aductus, non ſit exterius, ſed interius, & in nobis eorũ non tranſitoria, ſed æterna ſit manſio. Non igitur quidquam contradictionis, in prællegatis ſentẽ tentijs initio adductis, velim intelligas optime lector, quoniam altera ab ipſo Chriſto adhuc in car ne mortali & paſſibili manente prolata eſt. Alteram vero, deuictam mortem triumphatumque mundum, dum cęlum ſcandens allocutus apoſtolos, dixit. Fuerunt enim vltima verba a ſe prolata dum reuerteretur ad patrẽ, vt atteſtatur Matteus in fine ſui inſtrumenti.

Ephe. 3.

Perſonæ diuinæ quando ad nos veniunt.

Ioã. 14.

Mat. vlt.

CONTRAPO. LXXXVIII.

Spiritum ſanctũ acceperant Samaritani dũ baptizarẽtur. Spiritus ſanctus poſt baptiſmum nõdũ in præfatis venerat.

Actuũ 8.

Si in nomine Chriſti baptizati fuerant Samaritani, vt Lucas refert in Actibus, quomodo verum erit, quod in poſteriori ſententia ſubinfertur ꝙ, videlicet, Spiritus ſanctus nondum venerat in quenquam illorum poſt baptiſmum? Abſit hoc a fidelium mentibus, vt ſi baptizati intelligantur quod non acceperint Spiritum ſanctum miniſterio ſe baptizãtium. Hęc enim valde perturbãt.

mĕtem noſtram,ſed ſi penitius introſpexeris,quæ vtrobique præcedunt, & ſecuntur,conciliabis optime,& minime has ſentĕtias diſſentire videbis.

Quapropter & has conciliantes dicimus,ꝙ veriſimile eſt, ꝙ illi qui fuerant baptizati Spiritum ſanctum receperant,ſed latenter,ſed occulte, Dabatur nihilominus aliter Spiritus ſanctus per impoſitionem,videlicet,manuum Apoſtolorum,vt ſpiritus qui interius latebat, etiam apparebat datus, Qui enim ſic patenter accipiebant Spiritum ſanctum linguis omnium gentium loquebantur, in illis fœlicibus temporibus,vt innueretur eccleſiam in gentibus linguis omnium locuturam.

actuũ 8.

Acceperant itaque latenter in baptiſmatæ, & euidenter in illis apparuit poſt manuum impoſitionem.Certi enim ſumus , & nulli ambiguum eſſe poteſt,niſi mente capto,omnem hominem baptizatum Spiritum ſanctum accipere, ſed quantum vas fidei attulerit ad fontem,tantum implet.Nec ob hoc velim intelligas, Spiritum ſanctum eodẽ modo ſemper illabi in nobis.Nam Eliſeus audito Pſalte,ſpiritu repletus eſt. Apoſtolis congregatis & orantibus, Spiritus ſanctus ſuperuenit.Cornelius,prædicante Petro Spiritum ſanctum accepit Virgo Maria ſub ſilentio, Spiritu ſancto repleta fuit.Et ſic de quã pluribus poſſemus dicere,qui uario modo Spiritum ſanctum acceperunt. Porro hic Spiritus ſanctus in nobis, quid aliud eſt, quã virtus Dei omnium viuificatrix, omnium fotrix omnium cõſummatrix? Spiritu oris eius (inquit Dauid)omnis virtus eorum. Omnia enim penetrat,omnia implet, omnium eſt artifex. Nihil ei impedit,nec ignis,nec aqua, nec carcer quantuncũque fortis,quo minus penetrare poſſit ad ſuos

linguis omniũ loquebãtur baptizati.

3.Re.19

actuũ 10

Quid ſit S.S.ĩ nobis & qd operetur

Sic enim illis tribus pueris in fornace poſitis, in igne affuit. Moiſi in deſerto non defuit, Paulo vero in carcere exiſtenti, præſens fuit, & ſic de multis alijs, quibus ſemper affuit. Nec quiſquam poteſt reperiri, qui a ſuo calore ſe abſcōdere valeat. Hic enim ſanctus Spiritus, veluti tranquillis & pacatis mentibus in ſilentio venire conſueuit; ſic e contrario inquietis & pertinacibus longe effici ſolet. Proteruos enim & obſtinatos corde, increpat & abhorret, nec ad illos venire dignatur, nec illabi vult, niſi prius impetu quoddam illos deijciat ab illo maligno ſedile. Sic Paulus, non niſi proſtratus, & viſu priuatus Chriſtum agnouit. Nihil enim terrenum, nihil caducum admittit iſte Spiritus ſanctus, ſed totum deſtruit, totum anihilat, totum, ac ſi non fuiſſet, perdit. Porro qui Spiritū ſanctum in ſe accipit, non amplius caro eſt, non amplius terrenus, ſed omnia calcat omnia deſpicit, vt talem & tantum hoſpitem in ſe retinere poſsit. Hic enim qui huius ſpiritus poſſeſſor eſt, ēt in carne conſtitutus, quodammodo extra carnem eſt, imo exiſtens in mundo, iam in cęlis conuerſationem habet, & omnium; quæ retro ſunt oblitus, ad ea, ipſe tantum aſpicit, quæ ante ſe ſunt. Aduentus itaque eius in nobis, demonſtratio Spiritus ſancti eſt: Siue enim latenter, ſiue per creaturam viſibilem nobis appareat, Spiritus ſanctus eſt, & conſolator noſter, Nec alium Spiritum ſanctum receperunt ſancti prophetæ & alium ſancti Apoſtoli, ſed eundem licet illi latenter, & ſub figuris, Apoſtoli vero in linguis igneis & abūdātius. Hoc autem ſcire te velim optime lector, Spiritum ſanctum multifarie dari fidelibus. Datur enim in baptiſmo, ad purificationem & regenerationem.

Deu. 32 | ps. 18 | Actuū 9 | Phil. 3.

Datur

Datur in confirmatione ad cuſtodiam, tutellam, & defenſionẽ, nec non ad robur & virtutis augmentum, vti pugnaturis poſt hac fortiter contra
2.cor.1. carnem, mundum, & diabolum. Datur quoque ad conſolationem, qua idem nos cõſolatur in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus & ipſi conſolari eos, qui in omni præſſura ſunt. Datur deniq́ꝫ, vt habitans in fidelibus, arguat & conuincat mũdum, hoc eſt, mundanis deſiderijs & concupiſcentijs inuolutos, de peccato, de iuſtitia, & de iudicio,
Ioã.16. ſicut Chriſtus ait dicens. Cum venerit ille arguet mundum &c. Ad nos igitur pertinet, cor præparare & diſponere, ad ſacrum aduentum huius ſancti Spiritus. Vt igitur templum eius fieri mereamur domũ interioris hominis, diuerſis probabilium morum floribus adornemus, repleamur iocundis precioſiſque odoribus caſtitatis, fideique & conpunctionis incenſo, balſamo beneuolẽtiæ & thimiamate charitatis, vt extirpatis vitijs & virtutibus inſertis, deſtructa in nobis habitatione diaboli, mutemur in templum Dei, ut tam beatus hoſpes nitido delectatus hoſpitio, ſtabilem ac perpetuam in nobis faciat manſionem. Quibus ad plenum viſis ſic conciliatę redduntur ſententię initio adductæ, vt nulla in eis amplius remaneat contradictio.

CONTRAPO. LXXXIX.

Deu.32 *Dei perfecta ſunt opera.*
Eſa.45. *Ego ſum Deus creans malum.*

Si Moſes, audiente vniuerſo cętu Iſrael, allocutus cœlum & terram, inter alia quæ in illo prolixo cãtico cecinerat, dixit etiam. Dei perfecta ſunt opera. Cur ipſe Deus, qui prima veritas dicitur,

dum

dum de ſe loqueretur e cõtrario,dixit ore prophe tico. Ego ſum Deus creans malum,quod & abſur dũ videtur, non ſolum dici,ſed & cogitari? Quo modo enim malum creare poterit ille,qui vbique & ſemper,bonus dicitur,ac omnis bonitatis fons & origo? Nonne ſeuerinus ille Boetius in libro cui titulus inſcribitur de philoſophica conſolatione,de Deo locutus ait. Deus non poteſt facere ma lum,cui & adſtipulari poteſt illud, quod Sixtus Pithagoricus dixerat. Mali nullius auctor eſt Deus? Et iterum. Quomodo verum erit, ꝙ malũ creare dicatur ille,qui in primeuo tempore omnia creauerat bona,quinimo & bona valde, vt Moſes atteſtatus eſt? Videntur enim hæ duę ſententiæ ad inuicem multum diſtare,& eſſe diſsimiles, ſed ſi oculis fidei rectius introſpexeris, & ſano ſenſu conſpexeris,clara luce videbis eas nullatenus diſſentire. Eapropter licet hanc abunde explanatam reliquerimus in priori parte noſtri operis,nihilominus & modo arbitramur fore expediẽs,& has, quas citauimus,ſententias conciliare,addentes illis quæ ſilentio in parte priori pertranſiuimus. Dicemus itaque, non fore inconueniens, ꝙ ille qui natura bonus eſt ſemper, & qui bona ſimiliter creauerit in temporum initio, interdum e contrario mala creare dicatur,quod & experimento fieri didicimus,dum ipſe, res quas bonas in natura, & ſuo genere condiderat,in flagellum,in vltionẽ & punitionem format & vertit, vt ea ipſa, & per dolorem quo ferimur, mala ſint nobis delinquentibus,& per naturam,qua exiſtunt,bona dicãtur. Porro & venenum mors quidem eſt homini, ſed vita ſerpenti. Hoc autem malum non malum culpæ dicere audebis, ſed malum dicas pęnę, quam

Boetius.

Sixtus.

Gene. 1.

De⁹ qualiter dicat creare malũ.

Deus

Deus cõſueuit inferre peccanti. De hoc autem ma lo aliquando locutus Gregorius, illæ ſanctus põtifex dixit. Mala quę hic nos præmunt, ad Deum nos iræ compellunt. Alteram vero ſententiã, quæ ſecundo loco poſita eſt explanantes dicimus, ꝙ nõ ſolum in veteri teſtamẽto tantũ ſcriptum eſt. Ego facio bona, & condo mala, ſed etiam euidentius in nouo, vbi dicit Dominus. Nolite timere eos qui occidunt corpus, ſed timete eum, qui animam & corpus, poteſt perdere in gehennã. Paulus quoque, hec duo ſimiliter vno in loco tractauit dicens ad Rom. Vide ergo bonitatem & ſeueritatẽ Dei, in eos quippe qui crediderunt ſeueritatem, in te autem bonitatem, ſi permanſeris in bonitate. In hoc autẽ ſermone apoſtolico, manifeſte apparet bonitas Dei, ſcd̃m quã dixit Eſaias, vice Dei. Ego ſum Deus qui facio pacẽ. Seueritas autem ſecũdum quam dixit, Condo mala. Hęc autẽ ſeueritas Dei, & mala dici poteſt, & bona, hoc autem diuerſimode. Damnabilibus enim mala dicẽda, quoniam malum illis damnationis importat. Porro econuerſo, quoniam iuſta eſt, idcirco bona dicitur. Omne enim iuſtum bonũ eſt. Et ſi ad primum tẽpus velimus habere recurſum, poſſumus ad poſteriorem ſententiã dicere, Deum fuiſſe creatorem mali, terminatiue, videlicet, habentes reſpectu, vt logice loquar, ad terminum ad quem creationis omnium, quem terminum primam materiam fuiſſe, nullus eſt, qui hoc dubitet, vocatum Chaos, Hebraice autem, Thou, quæ prima materia, idcirco malam fuiſſe fertur, quia in formis con templatur, in illud chaos contenta, ex quo poſtmodum Deus fecit omnia, dãs ſingulis proprias formas. Veluti facit mulier, ſi fas eſt dicere, quæ

Gregorius.

Eſa. 45.

Mat. 10.

Ro. 11.

Eſa. 45.

Seueritas Dei & bona dr̃ & mala.

Prima materia.

ex eadem maſſa ex farina & aqua a ſe conſtructa, non ſolum format panem, ſed & placentas, & collyridam. Quibus ad plenum viſis patet harum conciliatio.

CONTRAPO. XC.

Daniel fuit vſque ad annum primum Ciri Regis. Dan. 1.
Anno tertio Ciri R. Perſarum reuelatum eſt verbum D. Dan. 10

Si Daniel fuit vſque ad annum primum Ciri regis Perſarum, quomodo verum erit quod in ſequenti ſententia e contrario ſubinfertur, ꝙ, videlicet, prophetiæ reuelatio ad ipſum facta fuerit anno tertio eiuſdem regis? Hæc enim vt liquido cernimus, maximam in nobis augent difficultatem, ꝙ, videlicet, Danieli fuerit reuelata viſio anno tertio, & ꝙ ipſe non fuerit niſi vſque ad annum primum dicti regis, ſic enim repreſentat vltima ſententia primi capituli eiuſdem libri, vt dicat. Fuit autem Daniel, vſque ad annum primum Ciri regis. Sed ſi reuelatis oculis hæc velimus aſpicere, clara luce videbimus, non pugnare ſententias, ſed quam maxime fuiſſe concordes. Dum enim dicitur in priori, Danielem fuiſſe vſque ad annũ Ciri regis Perſarum, non vitæ illius tempus accipiendum eſt, ſed hoc ſignificatur, ꝙ vſque ad primum annum Ciri regis qui Caldeorum deſtruxit imperium. Daniel potẽs fuit in Caldea. Poſtea vero a Dario translatus eſt in Medos. Hoc idem aſſerit Hieronimus in expoſitione Ezechielis. Aſſerit .n. fuiſſe Danielem apud Caldeos in priſtina dignitate, purpura byſſoque veſtitum, vſque ad primum annum Ciri regis, quando, videlicet, ſubuertit Caldeos, & poſtea cepit eſſe cum Dario, filio aſſueri de ſemine Medorum. Qui imperauit ſuper regnum

Hieronimus.

regnum Caldeorum. Aut certe Dario mortuo, cuius anno primo. lxx. Hebdomadarum ſacramenta cognouerat, nunc tertio anno Cyri regis hæc vidiſſe narrantur. Huic autem, cum eſſet Spiritu Dei plenus & prophetiæ munere cõdonatus, quę hominibus cæteris fiebant incognita, ipſe Deus demonſtrare dignatus eſt. Vnde accidit vt Nabuchodonoſor Rex ſomnium videret, euigilantiq; etiam ex parte aliqua ſomnij memoria in illo remaneret, Deus Danieli non ſolum ſomnium ipſum, ſed etiam ſomnij ipſam occaſionem, quę eſſet, antequam rex dormiret indicauerat. Hoc vero
Auguſtinus. factum eſt (vt Auguſtini vtar verbis) vt regi Daniel ſummi creatoris notitiam inſinuaret, & plebs in ſeruitute & captiuitate poſita, aliquod quamuis paruum auxilium & ſolatium haberet. In hac enim captiuitate Babilonica Daniel vna cum Ezechiele prophetauerunt. Quorum Da-
Dani.7. niel, etiam tempus quo venturus fuerat Chriſtus atq; paſſurus numero diffiniuit annorum, quod longum eſt computando monſtrare quod & ab alijs factitatum eſt, ante nos. De poteſtate enim & gloria Chriſti locutus prophetice ſic ait. Videbã inquit in viſu noctis, & ecce cum nubibus cęli, & filius hominis veniens erat, & vſque ad vetuſtum dierum peruenit, & in conſpectu eius præclarus eſt, & ipſi datus eſt principatus & honor, & regnum & omnes populi & tribus & linguę ſeruiẽt ei. Poteſtas.n. eius poteſtas perpetua, quæ non tranſibit, & regnum eius non corrumpetur.
Eſdras. Eo quoque tempore Eſdras Dei ſacerdos & ſcriba, combuſtam a Caldeis in archiuis templi reſtituit legem. Nempe qui eodem Spiritu, qui in ſcriptura fuerat; plenus fuit. Interea captiuitatis tempore

pore completo, quod dominus per prophetas im plendum eſſe prædixerat, reuerſionemque populi ſui, & captiuitatis ſolutionem, per Cyri regis cle mentiam prænuntiauit Daniel. Hæc autem quæ poſterius dicta ſunt, licet ad conciliationem præ fatarum ſententiarum non pertineant, nihilo minus ad manifeſtationem Hiſtoriæ ea addere placuit.

CONTRAPO. XCI.

Anima mea malis repleta eſt. ps.87
Animam autem non poſſunt occidere. Mat.10.

Porro ſi anima, cum ſit immortalis cedi homi num non eſt ſubijcienda, cur Dauid ingemiſcens ac ſi multum pateretur eius anima, atteſtatus eſt, eam malis fuiſſe repletam? Non enim prænotatæ ſententiæ contrarium ſenſum reddunt, niſi obtene bratis & fuſcis mentibus carnalium hominũ, qui ſecreta diuinæ ſapiẽtiæ penetrare neſciunt. Patitur .n. ipſa anima, & interdum ſic vulneratur, vt etiã occidatur. Porro ſi letali ac mortali vulnere ſe ipſam percuſſerit, non tantum ſpiritaliter morie tur, ſed etiam illam æternalem mortem non eſt e uaſura, quæ mors gehennæ dicitur, niſi per pœni tentiam, dum manet in corpore, expurgetur. Por ro ſi anima non pateretur, etiam dum in corpore exiſtit, non dixiſſet regius vates ad Deum conuer ſus. O domine libera animam meam a labijs ini quis, & a lingua doloſa. Vtique ſicuti gratia Dei anima viuere dicitur, ſic e contrario carens illa, in currit ſpiritalem mortem. Hãc licet tyrannus, ſuis ſatellitis armis nequaquam occidere poſſit, vt ſub infertur in poſteriori ſententia. poteſt tamẽ homo peccator illã, ſic letalibus vulnerari iaculis, vt nõ ſolum

Aĩa qñ vulnera tur.

ps.118.

Mat.10.

ſolum ulcerata, ſed & mortua Deo dicatur. Profe-
cto (vt Origenis vtar verbis) totiens occiditur a-
nima, quotiens peccatorum ac criminũ vulnera-
tur iaculis. Nec hoc dubites, peccatis eam velut te-
lis et iaculis vulnerari, quoniam et Apoſtolus de
huiuſmodi iaculis quibus letaliter feritur anima
interdum, locutionem faciens ait. In omnibus aſ-
ſumite ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia iacula
maligni ignita extinguere. Cõciliãtes itaque has
ſententias dicamus, iuxta alium ſenſum, ꝙ licet
anima a perſecutoribus non poſſit occidi, malis
tamen repleri poteſt. Non enim vitijs, per quę hõ
mini dominatur iniquitas, animã huius prophe-
tæ repletã fuiſſe credimus, quam per pœnitentiã,
iã expurgatã habebat pſaltes; ſed forte doloribus
plenã, quibus animæ ſuæ carni in eius paſſione
compatitur. Non enim vel ipſe, qui dicitur corpo
ris dolor, poteſt eſſe ſine anima, quem ineuitabili
ter imminentem præcedit triſtitia, quæ ſolius ani
mæ dolor eſt. Dolere ergo, anima etiã, non dolẽte
corpore, poteſt, dolere autem corpus ſine animã
non poteſt. In anima itaque eſt dolor carnis, et ex
carne, dolorque triſtitiæ & huiuſmodi. Quid enim
caro per ſeipſam ſine anima vel dolet vel concu
piſcit? Sed dolor carnis tantummodo offenſio eſt
animę ex carne, & quædam, vt ita dicam, ab eius
paſſione diſſenſio, veluti animæ dolor, quæ triſti-
tia nuncupatur, (vt Auguſtini vtar verbis) diſſen
ſio eſt ab his rebus, quæ nobis nolentibus acciđũt
Quibus verbis liquido patet, ꝙ animæ eſt dolere
non corporis, etiam quando ei dolendi cauſa exi-
ſtit a corpore, cum in eo loco dolet vbi leditur cor
pus. Dolet inquam cum corpore in eo loco vbi
aliquid contingit, vt doleat. Dolet quoque inter-
dum

aĩa quotiens vulneratur.

Ephe 6.

Ps. 50

aĩa dolet aliqñ ſine corpore.

Dolor carnis quid.

dum, & ſola, quando eſt in corpore cum aliqua cauſa etiam inuiſibiliter ipſa triſtis eſt, corpore incolumi, dolebit quoque non in corpore conſtituta, ſed ſeparata. Et ſi ſecundum allegoricum ſenſum velimus priorem ſententiam intelligere, dicemus vtique, ꝙ non humanis peccatis, ſed tamen humanis malis repletam fuiſſe animam Chriſti, Eſa. 53.
de quo alius propheta dixit, ꝙ pro nobis doluerit. Et euangeliſta hunc ſenſum ſecutus, ait de illo. Cępit contriſtari & męſtus eſſe. Et ipſe dominus de ſeipſo locutus dixit. Triſtis eſt anima mea vſque Mat. 26.
ad mortem. Hæc futura præuidens Dauid propheta, pſalmi huiuſcemodi conſcriptor, inducit eum loquentem & dicentem. Quoniam repleta eſt, inquit, malis anima mea. Ps. 87
Nam ipſam omnino ſententiam, verbis alijs & clarius explicauit dū ait: Triſtis eſt anima mea. Quod enim ait. Triſtis eſt Mat. 26.
anima mea. Hoc dictum eſt. Repleta eſt malis anima mea. Ps. 87
Quibus ad plenum pręhabitis, conciliatæ redduntur ſententię initio adductæ, altera intellecta de Dauid carnali altera de Dauid myſtico, vt declarauimus.

CONTRAPO. XCII.

DEus meus clamabo per diem nec exaudies. ps. 21
Dum clamarem ad eum exaudiuit me. ps. 21

Mirum quippe videtur, vt in eodem pſalmo dicat, ſe ad Deum clamaſſe nec exauditum fuiſſe, & e contrario, aliquibus interpoſitis contrarium inferat, ſe videlicet, fuiſſe exauditum dum clamaret. Sed ſi cauſam huius varietatis velimus inueſtigare ceſſabit omne ambiguum. Non enim de Dauid carnali intelligēdæ ſunt ſentētiæ ſed de Dauid Myſtico, qui ex perſona veteris hominis cu-

ius mortalitatem portabat, verbis delictorum clamare ſe dicit die ac nocte & non exaudiri. Verba enim delictorum ſunt, & non iuſtitiæ cum clamatur ad dominum per diem, id eſt in proſperitate, vt hæc ipſa proſperitas non mutetur, & cũ clamatur nocte, vt aduerſitas proſperetur. Hæc itaq; talis petitio longe eſt a ſalute Nam inde ſequitur, & non ad inſipientiam mihi, id eſt neque hoc facias ad inſipientiam mihi, ſed potius vt ſapiam, quid velis me clamare, non verbis delictorum & deſiderio temporalis vitæ, ſed verbis conuerſionis, quoniam cor conuerſum & contritum tu nõ deſpicis. Ex his igitur verbis conuerſionis, atque iuſtitiæ in ſubſequentibus, idem exauditum ſe cõmemorat dicens. Non ſpreuit neque deſpexit prę cem pauperis, neque auertit faciem ſuam a me. Et dum clamarem ad eum exaudiuit me, id eſt, non illius, qui verbis delictorum clamans ad Deum, vitam iſtam, id eſt, proſperitatem tranſire nolebat, ſed precem pauperis in cruce clamantis exaudiuit Qui ergo verbis delictorum ſuorum ſuperius clamaſſe, & non exauditum ſe conteſtatur, ipſe verbis ſuæ iuſtitiæ deprecans, ſe exauditum commemorat. Clamauit itaque ſuperius verbis delictorum ex perſona veteris hominis infecti & vlcerati, & exauditus non fuit. Clamauit poſtmodum iam exuta vetuſtate carnalis hominis, & exauditus eſt pro ſua reuerentia. Oportuit enim prius inimicitias diſſolui, quas vetus homo habebat contra tribunal iuſtitię quod vltionẽ, & ſanguinẽ petebat, vt poſtmodũ illo placato, per ſanguinẽ crucis eius preces effundens benigne exaudiretur. Vide igitur quali & quanta charitate te complexus eſt hic fęlix pellicanus qui vt tibi vita præſtaretur mortem

Ps. 21 — Ps. 50 — Ps. vbi ſupra. — Mat. 27.

Chriſt⁹ quando exauditus fuit.

Chriſt⁹ quali caritate hominẽ cõplexus eſt.

mortem ſibi elegit. Quibus ad plenum viſis conciliatæ redduntur ſententiæ initio adductæ.

CONTRAPO. XCIII.

IN corde meo abſcondi eloquia tua. ps. 118.
Doce me iuſtificationes tuas. ibidem.

Si in corde ſuo iam abſconderat vates regius eloquia domini, cur in verſiculo mox ſequenti, petit doceri iuſtificationes eiuſdem domini, tãquã ſi prius illas non habuiſſet, nec abſcondiſſet in corde ſuo. Nec obſtat quia in priori non iuſtificationibus ſed eloquiis vtatur p̄s. quoniam vtrunque idē ſignificare agnoſcitē. Porro Dibur ſeu Amra quę eloquium repreſentant latine, apud Hebreos ſunt nomina vniuerſalia omnibus præceptis, quoniam Deus ore prophetarum, illa dixit vel locutus eſt, ſed ne diſſonum quidquam videatur in pſalterio totiens illa repetens, aliis vocabulis vtitus pſaltes, vt puta, iuſtitia, iuſtificationibus, viis, mandatis, lege, ſtatutis, teſtimoniis, iudiciis, & pręceptis. Quæ omnia idem realiter importare videtur. Sed dicis quomodo adhuc ea quærit diſcere, quæ abſcondita iam cuſtodit in corde, quod vtiq; non feciſſet, niſi eã didiciſſet? Quapropter & has conciliare curantes dicimus, has ſententias nequaquam in ſe ſenſum habere cõtrarium, quinpotius eas in ſe valde amicas eſſe. Dum enim rogat doceri iuſtificationes domini, non mireris, ſi prius dixerat illas ſe occultaſſe in corde ſuo. ps. 118. Non enim in publico deferenda ſunt illa, quæ vt in corde retineantur, interdum alicui reuelantur, ſed fideli duntaxat aperienda ſunt, dum zelus Dei vrget, & fraterna charitas id expoſtulat. Et q̄ opera Dei magna & mirifica non ſint referanda indifferen- Secreta eloquia qnando reuelanda.

ter omnibus,edocemur a Chriſto,qui miſteria re
gni Dei apoſtolis dũtaxat cõſueuerat aperire, vt
Plotin'. Matteus atteſtatur.Fertur quoque Plotinum Ori
genis condiſcipulum interijſſe,conſumptum ver-
mibus,quoniam palã fecerat ea, quæ ammonio
pręceptore,ſecreto didicerat. Sic quoq; edocemur
Eſdras. feciſſe Eſdrã ſcribbam,qui ea quę ab angelo apud
ſe retinẽda acceperat, hęc in armariolo ſui cordis,
tanquam precioſum theſaurum, cuſtodita ſerua-
uit.Quibus habitis, poſterior ſententia non con-
tradicit priori, quoniam per regulam edoceri ro-
gat inſtãter iuſtificationes,vt in illis magis ac ma
gis proficiat,intelligendo ac faciendo, ac ſi dice-
ps. 118. ret ad Deum cõuerſus. Ille ego qui in corde meo
abſcondi eloquia tua,vt nõ peccem tibi, cui & le
gem dediſti,da etiam benedictionem tuę gratiæ,
vt faciendo diſcam,quæ intimando iusſiſti.Porro
quia Dei in ipſo propheta abſcondita, ſine fructu
fuiſſent,niſi iuſtitię opera ſubſecuta fuiſſent. Ea-
ps. 118. propter cum hoc dixiſſet,adiunxit ſtatim.Benedi
ctus es Domine doce me iuſtificationes tuas. Do
ce inquit, quomodo ea diſcunt, qui faciunt, non
quomodo hi,qui, vt habeant quod loquantur tã
tummodo meminerunt.Iuſtificationes enim Dei
ſunt,nõ dicta,ſed facta iuſtitiæ opera,videlicet,iu
Iuſtificatio quid importet. ſtorum,quæ Deus imperat facere.Iuſtificatio au-
tem ad ſalutem pertinet, non minus quam faciat
glorificatio ad honorem.Porro in his iuſtificatio
nibus domini,nulla difficilior,quã vt ſuos quiſq;
diligat inimicos. Has itaque iuſtificationes Dei,
ſic diſce,vt agas:ſic illas exquire, vt inuenias.Sci
to autem mi lector,nihil te magis impedire, quo
minus has iuſtificationes habeas,niſi quia a te nõ
deſiderantur,prout decet,ſit autem hoc, dum non

in eas charitas feruet, quantum claritas lucet. Dicuntur vero hæ iuſtificationes Dei, quamuis a nobis fiant, quoniam niſi ipſo donante non fiunt. Et ſic ex iam ad plenum præhabitis liquido patet ſententias initio adductas in nullo cõtrariari, quoniã licet pſaltes illas iuſtificationes abſconderit in corde ſuo, cupiebat nihilominus adhuc edoceri in illis, vt magis ac magis proficeret eas faciendo. Iuſtificatiões cur Dei dicantur.

CONTRAPO. XCIIII.

Longeuitas vitæ à Deo promiſſa. Exo. 20
Longeuitas vitæ a Dauid deplorata. ps. 119.

Si Deus honorantibus parentes longeuitatem vitæ promiſerat, Cur Dauid ex aduerſo ſic illam deplorauerat, vt diceret. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt? quare itaq; deplorat, quod Deus, tanquam bonum ſic benigne promittit filio parentibus obſequenti? Porro hoc mandatum de honore parentum, non ſolum primum ſecũdæ tabulę eſt, ſed etiam primum mandatum promiſſionis. Quid ergo ſibi vult ꝙ Dauid ſic illud deplorat? Nec non & filius Salomon patri ſuo concors, mortem potius amplectatur quam vitam dicens. Et laudaui magis mortuos quam uiuentes. Pro. 4.
Hieremias quoque maledixit diem in qua fuerat natus. Nonne Dauid in poſteriori ſententia perſonam veteris hominis repreſentat, qui poſt cõmiſſum lapſum, tanquam incola & peregrinus relegatus eſt in exilio huius vallis lacrimarum? Hic ps. 119.
enim poſtquam a Deo receſſerat per tranſgreſsionem mandati, videretque ſe vndique tellis & inſidijs inimicorum circundatum dicit ad Deum conuerſus. Heu me quia . . . eſt. Q. D. ingemiſcens & gemens. Multum enim a te receſſi, & peregri-

natio mea longinqua facta eſt. Nondum veni in præſentiam illam, vbi cum nullo malo cuncturus ſum, nondum veni in illam angelorum ſocietatē, vbi ſcandala non timebo. Quare autem nondum ſum? Quia incolatus meus longinquus factus eſt. Incolatus enim peregrinatio eſt. Incola dicitur, qui in terra aliena habitat, & non in ciuitate ſuâ. Longinquum itaque dicit, & prolongatum eſſe ſuum incolatum. Et vbi longinquus? Aliquando enim dum peregrinatur homo, inter meliores viuit, quam in patria ſua forte viueret, ſed non ſic eſt, quando de illa Hieruſalem cæleſti peregrinatur inter meliores viuit, & aliquando in peregrinatione illi bonū eſt. Inuenit amicos fideles peregrinando, quos in patria inuenire non potuit, inimicos habuit vt de patria pelleretur, & cum peregrinaretur inuenit quod non habebat in patria. Non ſic eſt in patria illa Hieruſalē, ubi omnes boni. Quicunque enim inde peregrinantur inter malos eſt, nec poteſt a malis recedere, niſi cum redierit ad angelorum ſocietatem, vt ibi ſit vnde peregrinatur. Huius ergo hominis longinqua peregrinatio facta eſt inter malos. Et tanquam ſi diceretur illi, cum quibus itaque habitas vt gemas. Peregrinatio inquit mea lōginqua facta eſt, ſed quid ſi cum bonis? Si cum bonis eſſet non diceret. Heu me. Heu, vox eſt miſeriæ vox eſt calamitatis et infelicitatis, ſed tamē in ſpe quia iam vel gemere didicit. Multi enim & miſeri ſunt & non gemunt, & peregrinantur, & redire nolunt. Iſte iam volēs reddire cognoſcit infelicitatē peregrinationis ſuæ, quia agnouit illam, redit & aſcendere incipit gemens de commiſſis reatibus. Terra vero illa, quā promittit Deus cum vitæ longeuitate parentibus obſe-

Incola quis dicatur.

obſequentibus, vt in fine prioris ſententiæ ſubinfertur non illa eſſe dicitur, in qua peregrinatur homo, dũ manet in incolatu, ſed illa ſuperna quę mater ſeu terra viuentiũ dicitur in ſcripturis, ad quã aſpirabat hic gemebundus propheta, dum ait in alio pſalmo. Cupio videre bona domini in terra viuentium. Quęrenda igitur eſt a nobis hæc terra, quam dominus ſic benigne promittit & tribuit ijs, qui ſpiritalem Aegyptum reliquerint. Hi vtiq; poſſidebunt terram, quæ manſuetis pręparata eſt. Beati, inquit, mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram, illam, videlicet, in qua ſunt omnia bona. Cõcludentes igitur, quæ ſupra memorauimus dicimus, ſecundam ſententiam vocem eſſe veteris hominis, vel ſi magis libet vocem eccleſiæ, quæ in hac peregrinationis terra adhuc laborat in ſpe, & clamor a finibus terræ, iuxta illud. A finibus terrę ad te clamaui. Quis enim noſtrum clamat a finibus terræ, nec ego, nec tu, nec ille, ſed tota eccleſia, Chriſti clamat, quoniam eccleſia hæreditas Chriſti eſt, iuxta illud. Poſtula a me & dabo tibi gẽtes hęreditatem tuam, & poſſeſsionẽ tuam terminos terræ. Et ſic pacatæ relinquuntur prænotatæ ſententiæ initio adductæ.

ps. 119. ps. 26 Matt. 5. ps. 94 ps. 2

CONTRAPO. XCV.

Nihil in terra ſine cauſa fit. Iob 5.
Multiplicauit vulnera mea ſine cauſa. Iob. 9

Si verum eſt, quod in priori ſententia Iob depoſuit, cur infra conquæſtus de Deo dicit Multiplicauit vulnera mea, etiam ſine cauſa? Non enim prænotatæ ſententiæ contrarium ſenſum retinent, ſi bene introſpiciantur, nec pugnant inter ſe. Priorem enim explanans Beatus papa Gregorius ita

Gregorius. dicit. Idcirco enim ſæpe & deſidioſus ingenium accipit, vt de negligentia iuſtius puniatur: quoniam quod ſine labore aſſequi potuit, ſcire contemnit. Et ideo ſtudioſus nonnunquã intelligentię præmitur, vt eo maiora præmia retributionis inueniat quo magis in ſtudio inuentionis elaborat. Nihil

Iob 5. ergo eſt in terra ſine cauſa, quando ea ſtudioſo tarditas, & præmium proficit, & deſidioſo velocitas ad ſupplicium creſcit. Inquit enim Valerius ille

Valeri⁹. Maximus. Lento enim gradu diuina procedit ira, grauitatem delicti, tarditate ſupplicij compeſcat, Talis itaque ſit ſenſus huius ſententiæ, vt intelligamus. Nihil in terra fieri ſine cauſa, diuinę, ſuple, diſtributionis vel permiſſionis, Illud autem quod dicit in poſteriori ſententia, videlicet, Multiplica-

Iob. 9. uit vulnera mea, etiam ſine cauſa, ſic intelligendũ duximus, vt beatus Iob formam ſumpſerit humani generis. pro illis enim hoc dixit, qui reatu culpæ originalis aſtricti, ante moriuntur quam baptiſmi gratia expientur, & qui prius a præſenti luce ſubtrahuntur, quam ad promerenda bona malaue merita actiuæ vitæ perueniant, quos quia a culpa originis, ſalutis ſacramenta non liberant, & hic ex proprio nihil egerũt, illuc ad tormenta perueniunt. Quibus vnum vulnus eſt, corruptibiles naſci. Aliud carnaliter mori. Sed quia poſt mortẽ quoque ęterna mors ſequitur, occulto eis iuſtoq; iudicio, quantum ad humanam intelligentiam attinet, etiam ſine cauſa vulnera multiplicãtur. Qui itaque, nullum proprium adiungens delictum, ex ſolo originis reatu perimitur. Quid iſte ſine cauſa vulneratur? Poteſt & aliter vtrunq; intelligi. beatus enim Iob nequaquam percuſſus eſt, vt in eo percuſſio vitium tergeret, ſed vt meritum augeret

vt

vt diffuſius pertractauimus in priori parte noſtri operis. Nihil ergo in terra ſine cauſa fit, quando percuſſio diuina, hominem aut ad emundationē fecit, aut ad probationē. Hic enim beatus vir vulneratum ſe ſine cauſa aſſerit, quia non eſt ad hoc percuſſus, vt tergatur maculis, quibus non erat infectus, ſed vt in percuſſione probatus inueniretur, vt poſtmodū in exemplum alijs prœberetur, cui nullus in ſanctitate coęquatur pro illo tempore. Nec obſtat quoniam non fuerit de Iudeorum gente, ſed Idumeus, quia & a Iudeis in auctoritatem catholicam acceptus eſt propter eius meritū. Vt oſtendatur, quod etiam extra carnalem Iſraelē, fideles inuēti fuerint, qui dono vtrorūq; Iſraelitarum donati fuerunt. Non enim Iob, ob hoc fuit a Deo tentatus, vt illi ſua patria innoteſceret, ſed hominibus a quibus imitaretur. Ipſe enim fortior fuit in doloribus, quam Adam in delitijs. Melior exiſtens in ſterquilinio vulneribus plenus, quam ille integer in paradiſo. Nec paſſus damnum dicēdus eſt, qui de interioribus diuitijs Dei, cor plenū habuit. Quibus præhabitis nil contradictionis relinquitur amplius in ſententijs initio adductis.

Iob cur percuſſ.

Iob Idumeus.

Iob magna la.

CONTRAPO. XCVI.

Scio quia non parcis delinquenti. Io.9.
Sed parce peccatis meis. Io.14.

Si Iob nouerat Deum non parcere delinquenti, cur infra ac ſi hoc, non dixerit rogat Deum vt illi parcat? Hæc enim valde mentem noſtram diuerberant, ſed ſi oculis reuelatis, has ſententias velimus aſpicere, clara luce agnoſcemus, illas minime contrariari. Delinquenti enim nequaquam dominus

nis abſolute parcit, quia delictũ, ſine vltione nõ deſerit; ait enim ille Seuerinus Boetius. Nullũ malum impunitũ manet. Aut enim ipſe homo, qui illud commiſit, in ſe punit pœnitens, aut hoc Deus cum homine vindicans, percutit. Nequaquam igitur prorſus peccato parcitur, quia nullatenus ſine vindicta lauatur. Ab electis enim ſuis Deus iniquitatum maculas potius ſtudet temporali afflictione tergere, quam in illis in perpetuum videre quod non vult. Parcit enim Deus, & non parcit peccatis hominum. Nõ inquam parcit, quoniam delictum ſine vltione non deſerit. Parcit vero e contrario, cum illatam vltionem ad expiationem delictorum inducit. Bene ergo dicitur in priori, quod Deus delinquenti non parcit, quia delicta noſtra ſiue per nos, ſiue per ſemetipſum reſecat, etiam cum relaxat. Parcit enim tibi Deus o homo vt viſa eius benignitate, corrigaris, & non vt in malignitate permanens, ęternaliter puniaris. Eo enim ipſo, quod Deus parcit impio delinquenti, per impunitatem enim eum tunc delatum facit, vt altius in foueam cadat. Dei itaque exẽplo parce & tu iniurianti tibi. Ne dum denegas pietatẽ fratri, tibi claudas indulgentiam patris parcentis & miſerentis Dei. Parce quoque & inimico tuo, vt Deo quem totiens ad iracundiam prouocaſti tibi reconcilies, Ipſe enim dicit voce ſui vnigeniti: Si dimiſeritis peccata hominibus, & pater veſter dimittet vobis debita veſtra. Illud enim parcere proximo, quo homo parcit iniurianti ſibi, vel dicamus in ſe delinquenti, dicitur parcere miſericordiæ humanæ, quod potiſſimum virtuoſum eſt, in potente vindicare, quoniam, videlicet, homo vindicas victis debet faciliter parcere & iniuriãtibus indulgere,

[Margin: Boetius.]

[Margin: De⁹ qualiter parcit & qualiter non parcit.]

[Margin: De⁹ cur parcat homini.]

[Margin: Matt. 6.]

[Margin: Parcere quã virtuoſum ſit.]

indulgere, iuxta illud Senecæ in prouerbijs. Alteri ſepe ignoſcito, tibi nunquam. Quem ſenſum ſecutus Petrus Rauenenſis dixit. Quantum & quotiens tibi vis dimitti, tantum & totiens tu dimitte. Dimittendo enim alteri, tibi parcis. Sicut enim membra corporis ſi inuicem ſe leſerint ſolent ſibi inuicem parcere, nec vnquam alterum ab altero vindictam ſumere conſueuit. Sic & nos cum ſimus alter alterius membra in Chriſto Ieſu (ſecundum Apoſtolum Paulum) debemus parcere delinquentibus & iniuriam dimittere nocentibus, iuxta illud. Dimitte proximo tuo nocenti te. Idcirco dixit Caſsiodorus. Si quis pauperes pauerit captiuos redemerit, odium dimiſerit, iniuriantibus ſibi remiſerit, & pro inimicis ſuis orauerit, ante tribunal Chriſti libere dicere poterit. Domine da, quoniam dedi, dimitte quoniam dimiſi. Prima autem ſententia de obſtinatis delinquentibus intelligenda eſt, quibus non parcit Deus, cum emendari reſpuant & contemnant. Parcit autem illis, qui a malis ſuis reuerti parati ſunt. Facit autem hoc multipliciter, videlicet, culpam indulgendo, pœnam remittẽdo, minus debito puniendo, & de miſerijs illos eruendo. Eſt enim proprietas Dei, miſereri ſemper & parcere, veruntamen humilibus, & non ſuperbis. Porro ſicut videmus, ꝙ fulgur multotiens lędit loca alta, & fortia, vbi locis humilibus nihil nocet. Sic pro certo Deus, qui dicitur, ignis, fulgur, & ventus, propter rigorem ſuę iuſtitiæ, debilibus & humilibus non reſiſtentibus volũtati ſuæ, nec obuiantibus conſueuit parcere, ipſoſq; nocere nõ videtur nec lędere. Sed alios fortes & præſidentes duros obſtinatos & reſiſtentes ſolet fortiter impetere, & contra illos potentiam iuſtitiæ ſuæ oſtendere,

Seneca.

1. cor. 6.

Eccl. 28

Caſsiodorus.

Iob 9.

Quibus parcat Deus.

Dei proprietas.

dere, & tã tẽporaliter quã æternaliter ſolet ipſos
1.Pet.5 funditus euertere. Humilibus .n. (teſte Petro) ſuã
dat gratiam, ſuperbis vero e contra reſiſtit. Porro
quoniam Deus hominem fragilem & ad reſiſten
dum eſſe nouit, libenter ſi pęnituerit parcet illi, &
citra condignum punit illum, veniamq́ libenter
tribuit & concedit. Quoniam iuxta verbum Se-
necæ. Pudet fortem bellum gerere cũ homine vin
ci parato. Et ſic conciliatæ redduntur ſententię ini
tio adductæ.

CONTRAPO. XCVII.

Gen. 1. Gala.4. *Dies, menſes, anni, & tempora obſeruanda traduntur. Dierũ, mẽſiũ, annorũ, et tẽporũ obſeruãtia interdicitur*

Si Moſes ille legifer, dum de cęlorum lumini-
bus locutus eſt in mundi fabrica atteſtatus eſt, ea
creauiſſe Deus non tantum, vt ſuper terram luce-
rent, diuiderentque inter diem & noctem, verum
etiam vt eſſent in ſigna & in tempora dies & an
nos cunctis viuentibus ſuper terram. Cur Paulus
dum Galathas alloqueretur, ſic illos increpaſſe le
gimus, vt horum luminarium omnimodam ob-
ſeruantiam eis interdixerit? Ait enim illos allocu-
Gen. 1. tus. Dies obſeruatis, menſes, tempora, & annos.
Porro ſi Deus hæc creauerat vt in beneficium
eſſent cunctorum viuentium, quare eorum obſer
uantiam prohibuit Paulus? An forſan quoniam
raptus vſque ad tertium cęlum aliud viderat, quã
Moſes deſcripſerat? Quod & abſurdum eſt dice-
2.co.12 re. An potius hæc & alia Deus creauit, vt deſerui
rent mortalibus? Nonne dauid de huiuſmodi lu-
minariũ effectu locutus in pſalmo ait. Ordinatio-
ps.118. ne tua perſeuerat Dies? Sunt itaq; luminaria crea
ta vt eorũ ſplẽdore calore, & influxu, ſuos actus
mortales

mortales modificent ac commenſurent. Cur autem horum obſeruantiam interdixerit Paulus videndum eſt. Eaprop er,ne & has ſic diſcordantes, indiſcuſſas relinquamus placuit dicere ꝙ non eodem ſenſu, licet eodem flamine, hi ſancti viri,de horum luminarium effectu locuti ſunt. Diuina enim ſcriptura in priori ſententia docet nos, horũ curſum,ac ſcientiam neceſſario habendam,quam comprehendit in neceſsitudinem temporum, in dierum numerum,& in anni circulum, vt ſic ordinate procedant humanorum actiones. Ex quibus poſſimus poſtmodum omnia dignoſcere. Etenim gubernator ad horum curſum ſpectans, cęlum reſpicit diligenter quoque omnia contemplatus incipit nauigare,maria tranſire, ac in dēſiſsima nocte,viſa ſtella nauim dirigit, proramque aptat, & ſua arte,ſalutem nauigantibus dare conſueuit. Sic & agricola ex his luminibus diſcit & vidit, quando congruit,vt ſemina terræ committat,quãdo terram paſtinet & aret, quando falcem acuat, vt fęnum deſecet. Et in ſumma non paucas vitæ huius comoditates,temporum ſciētia,dierum numerus, & anni circulus deferunt. Neque eſt qui recenſere ſingulas poſsit. Ex paucis tamen quantus eorum ſit vſus coniectandum eſt. Paulus vero, cernens Galatas iterum iudaizare quęrentes,dulciter illos admonens,ait. Dies obſeruatis, & menſes,tempora,& annos. Hoc eſt dicere, obſeruare diſponitis. Dies inquam, videlicet, ſabbata more Iudaico,& non ſolum dies,ſed & menſes, veluti primum & ſeptimum,vel mauis dicas,menſes,id eſt exordia menſium,hoc eſt Neomenias. Non ꝙ in elementis ſperarent,veluti faciebant Pagani & Idolatre. Sed in his Deum venerari diſpoſuerant, Ga. 4.

rit omnium temporum plenitudo. Nõ ergo quiſquam ſapiens arbitretur eos obſeruatores tempo rum reprehendendos, qui dicunt. Non proficiſcar hodie, quia tempeſtas exorta eſt, aut non nauigẽ, quoniam adhuc ſunt hybernæ reliquiæ, aut tempus ſeminãdi eſt, quia hymbribus autumnalibus terra ſatiata eſt, Vel ſi qui forte naturales effectus, circa motum aeris & humoris ad variandas tem porum qnalitates in ſyderum ordinatiſsima conuerſione notati ſunt, de quibus dictum eſt, cũ con derentur. Et ſint in ſignis, & temporibus, & diebus. & in annis, ſed ſuperſtitioſas obſeruantiolas dũtaxat, vt præmiſimus, deteſtatę ſunt. Vulgatiſſimus enim error erat gentilium, vt vel in agẽdis rebus, vel in expectandis euentibus vitæ & nego ciorum ſuorum, ab Aſtrologis & Caldeis notatos, dies, & menſes, & annos, & tempora obſeruarent. Iudei vero diſsimiliter ab his ſe habebant, quoniã carnali obſeruatione obſeruabant Sabba tũ, Neomenias, videlicet menſes nouorũ fructuũ, ſeptimum quoque annum, quem ſabbatum ſabbatorum vocabant. Quæ quoniam erant vmbrę futurorum, iam adueniente Chriſto, in ſua ſuperſtitione remanſerant, cum hæc tanquam ſalutaria obſeruarentur a neſcientibus. Hos itaque a propo ſito reuocare conatur ſanctus Apoſtolus. Sed qui bus verbis? ſalutaribus monitis? Inquit enim poſtquam benigne illos corripuerat Dies obſeruatis & menſes &c. Timeo vos, ne forte ſine cau ſa laborauerim in vobis, Cum enim cerneret Diuus Apoſtolus non eſſe ſollicitatam fidẽ horum Galatharum, niſi ab his qui ex circũciſione erant, veritus ne ad carnales obſeruationes legis reuerterentur, tanquam in eis ſalus eiſet, icctrco illos tã

Gala. 4.

Error gentiliũ

quam bonus præceptor omninoq̃ reuocare tentat, ab huiuſmodi obſeruatione dierum, temporum, & annorum, aſſerens horum temporum aduenifſe plenitudinem. Eapropter non obſeruandos eſſe dies, neque menſes, neque annos, veluti ſub vmbris lex mandauerat innoteſcit. Et ſic ex iam præhabitis liquido patet, qualiter Paulus temporum obſeruantias Galathis interdixerit & quare. Patet quoq;, qualiter licitum ſit, & a nautis, ab agricolis, & medicis horum ſyderum obſeruantiam neceſſario cuſtodiri.

CONTRAPO. XCVIII.

Exo. 24 *Speciem domini ſpeculatus eſt Hæbreorum populus.*
Ioan. 5. *Neque ſpeciem eius vidiſtis vnquam.*

Si Moſes de Domini ſpecie apparenti populo iſraelitico ſuper montem Synai locutus in libro Geneſeos dixit. Et erat ſpecies gloriæ domini quaſi ignis ardens ſuper verticem montis in conſpectu filiorum iſrael. Cur Chriſtus allocutus Iudeos atteſtatus eſt illos nunquam vidiſſe domini ſpeciem? Huic enim eandem reſponſionem fore dandam nouimus, veluti data eſt alteri ſententiæ dum de Dei viſione locuti fuimus, Deus enim in propria forma minime videri poteſt ab homine, cum eius viſio ſub humano ſenſu non cadat, iuxta illud. Non videbit me homo & viuet, cui & altera
Exo. 33 ſententia adſtipulari poteſt, quam Ioannes protu
1. Io. 4. lit, dicens. Deum nemo vidit vnquam. Nec obſtat, ꝙ antiquis patribus veluti, Iaacob, Danieli, Eſaiæ & alijs quam pluribus, ſe apparuiſſe legatur, quoniam hoc non intelligendum eſt, ꝙ eum viderint in propria forma, ſed per aliquam aſſumptam creaturam, hoc viſibiliter factum fuiſſe fir-

miter credimus, ne ſubſtātia illa inuiſibilis, & vbique tota, corporalibus illorum ſenſibus, locali ac temporali motu apparuiſſe credatur, Eapropter priorem ſententiam initio adductam, ſic explanādam, duximus vt credamus, populum illum, Deū non vidiſſe in propria forma, ſed vellatū ſub aliena effigie, vt puta angelica, vel alia conſimili, vt diffuſius declarauimus in priori parte noſtri operis. Viderunt itaque hi Iſraelite, fumum, ignem, & nubem, montemque fumigantem, ſed propriā domini ſpeciem, non viderunt. Hoc autem apertius explanauit idem Moſes, dum alibi eundem Hebreorum populum allocutus, ait. Vocem verborum eius audiſtis, ſed formam penitus non vidiſtis. Clarum eſt enim, ꝙ ſpecies & forma eandem prorſus ſignificationem continent. Deus enim cū ſit ſpiritus, neque cernitur, neque cognoſcitur, nec auditur, niſi Spiritu. Nā licet Dei vox corporeis auribus inſonuerit, ſenſus tamen vocis, nō niſi cordis aure a creatura percipitur. Ea propter, qui ſolam literam legis audiunt, non vocem domini, ſed creaturam duntaxat audire dicuntur, Non igitur interiorem Dei ſpeciem percipere valuerunt, neq; illi priores increduli, quibus loquebatur Moſes, neque hi quos modo in ęuāgelio alloquitur Chriſtus. Spiritaliter enim intelligēda eſt domini vox, vt nobis proficiat. Sit itaque Chriſti ſentētiæ ſenſus talis, vt intelligatur, Iudeos nunquam Dei ſpeciem vidiſſe interiori, videlicet viſione, quoniam non pura mente, nec fide ſincera illum contemplati fuerant, cum ſemper increduli fuerint, veluti & patres ſui priores, quos Moſes dure increpare cōſueuerat dicēs. Vos vidiſtis omnia magnalia Dei & non dedit vobis dominus cor intelligens, &

Exo. 24 Deut. 4. numeri. 20. Ioan. 5. Exo. 14

aures quæ poſſent audire, vſq; in præſentem diē. Hos & dura ceruice nominauerat Petrus, dum quoſdam allocutus in Actibus, ait. Dura ceruice & incircucīſis cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis, ſicut patres veſtri, ita & vos. Epilogantes itaque quæ ſupra memorauimus dicimus, prænotatas ſententias nullatenus in ſe eſſe contrarias, ſtat enim ꝙ iſraelitæ dominum viderint, ſed non in propria effigie, ſed vellatum ſub aliena ſpecie apparuit illis, prout latius explanauimus ſuperius. Non enim interius domini ſpeciem ſpeculari poſſunt, qui fideliter in illum non credunt, proinde qui non uidet Chriſtum per fidē, non videt ſpeciem eius. Eapropter quoniam milites præſidis Pilati non erant digni ob eorum incredulitatem, ſpeciem Chriſti videre, iccirco vellauerunt faciem eius, ne beneficio tāti luminis ac ſplēdoris participes redderentur.

CONTRAPO. XCIX.

ps.133. *Semen Dauid in eternum manſurum.*
ps.88 *Semen Dauid repulſum & deſpectum à Deo.*

Si Deus de Dauid ſemine locutus in pſalmo, atteſtatus eſt illud in ęternum māſurum. Ait. n. dum de Salomone filio locutus eſt. Et ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cœli. Cur poſtmodum quibuſdam paucis interpoſitis, quaſi hanc promiſsionem non præmiſiſſet Deus, Dauid conquæſtus dicit in eodem pſalmo
ps.88 ad Deum conuerſus. Tu vero repuliſti & deſpexiſti? Quare igitur hæc Dei promiſsio tam celebris & honorabilis, locum non habuit poſt nonnulla temporum curricula, nec in ſemine, nec in throno ... Porro & primum Deus repulit, & ſedē Dauid

uid collidit, vt experimento didicimus. Non enim regnum poſsident hi filij Dauid, nec thronum, ſuper quē filius Dauid ſedeat. Ea pp & huic quę aliquid difficultatis, & certe non minime, in ſe continere videtur placuit dicere, ꝙ ſi allegoricum ſenſum in præhabitis ſecuti fuerimus, nihil remanebit ambiguum, ſecus autem ſi hiſtoricū. Quapropter de duplici Dauid in prænotatis ſententijs mētionem fieri nullatenus dubitamus, de carnali videlicet & de myſtico. Profecto ſi hanc diſcretionem in huiuſmodi non attenderis, in Chaos magnum te præcipitem dari noueris. Porro cū agnoueris ea, quę a Deo promiſſa ſunt non impleta, prout vaticinatū eſt, in Dauid carnali, neceſſe erit, vt loco eius alterum ſubmoueas, in quo ad vnguem impleantur, quæ a Deo promiſſa fuerunt, qui & filius Dauid dicendus ſit, vt veridicus oſtēdatur Deus in promiſsione huiuſmodi, qui nec falli nec fallere poteſt. Hic enim vt vaticinatus eſt Eſaias, ſuper ſolium Dauid debebat ſedere. Ait enim, dum de imperio & ſolio eius locutus eſt. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Super ſolium Dauid & ſuper regnū eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret, in iudicio, & iuſtitia, ammodo & vſque in ſempiternum. Eſa. 9. Nā licet hęc Dei promiſsio facta fuerit Dauid carnali, & ſemini eius, erat tn̄ cōplēda in Dauid myſtico, qui et de ſemine carnalis Dauid oriūdus erat ſcd̄m carnē, vt atteſtantur ęuangeliſtę. Cernēs.n. Deus filios Dauid carnalis receſſuros a teſtamento ſuo, non permiſit promiſſum ſuum, tam nobile in his ſic peccantibus habere locum, ſed illud implendum decreuit in filium Dauid, ſibi in omnibus obſequentem, qui non ſecūdum carnalem co

pulam, veluti alij filij Dauid, ſed per operationem Spiritus ſancti, & conceptus & natus ex virgine
Luc. 1. matre. Putabant enim ignari Iudei qui ex ſtirpe Dauid carnaliter deſcenderant, ſe in æternum regnaturos, ſed diminuti ſunt dies ſedis eorum, propter peccata ſua. Nec ob hoc Dei promiſsio vacua fuit ſed impleta in filio Dauid, non peccatore ſed iuſto. Nam ſi ad illos cõuerſus dicas interrogãdo, vbi eſt regnum & ſacerdotium veſtrum in quo ſperabatis? Non habent quod reſponderent vbi eſt terra illa promiſsionis promiſſa patribus? Vbi ſancta ſanctorum quam habebatis? Nonne hæc omnia oſtendit Deus terrena eſſe & vmbræ futurorum? Non ergo promiſſum ſuum abſtulit Deus, ſed diſtulit, nec ob hoc quia diſtulit promiſſum, idcirco illud irritum fecit. Inquit enim. Tu vero
p̃s. 88. repuliſti & deſpexiſti, repuliſti, inquam & deſpexiſti ob peccata illorum, vſque ad tempus videlicet a diuino conciſtorio pręfinitum, ſed nõ ob hoc penitus abſtuliſti, ſed diſtuliſti Chriſtum tuũ. Manet ergo Deus veridicus in ſua promiſsione, qui licet dari diſtulerit ob cauſam ſuperius dictã non ob hoc prorſus abſtulit. Non itaque Deus promiſſum irritum fecit, quoniam filij eius peccauerunt ne ſibijpſi contrarius appareret. Dixerat
p̃s. vbi ſup. enim. Neque prophanabo teſtamentum meum, & quæ procædunt de labijs meis non faciam irrita. Ne ergo mireris, ſi illa promiſit, & iſta fecit, quoniam idcirco iſta fecit, vt promiſſa firmaret. Dauid enim in figura poſitus erat, cui promitterentur hæc omnia in ſemine eius, quod eſt Chriſtus, implenda. Hæc itaque de illo, quam firma, quam certa, quam indubitata miſtice promiſſa ſunt. Porro & ſi in ſcripturis quædam ſunt tecta

myſterijs,

myſterijs, quædam tamen ſic manifeſta ſunt, vt ex ipſis facilime aperiantur obſcura. Quantunq; enim Deus cedat, quantumlibet iraſcatur, quantumlibet verberet, flagelletque quem mundat, nō ob hoc diſſoluit ab emundatione, vtique ſi diſſolueret, iam non habet amplius mundandum, ſed proijciendum. Non inquam dicit Deus quoniam filij Dauid peccant & tranſgrediuntur mandata mea & teſtimonia mea, ideo ego mēdax inueniar in promiſsione mea, promiſi enim & indubitanter faciam. Feciſſemque ſicut promiſſeram ſi cuſtodiſſent & obſeruaſſent teſtamentum meum. Dixit enim Dauid allocutus. Si cuſtodierint filij ps. 133.
tui teſtamentum meum & teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos, & ipſi & filij eorum vſque in ſeculum ſeſſuros fore promiſeram ſuper ſedem tuā, Sed quia non cuſtodierunt teſtamentum meum, Sed peccauerunt, & irritum fecerunt pactum meum, idcirco promiſſum meum ad alterum deuolutum eſt, & non niſi ad filium Dauid, vt mea promiſsio immunis permaneret. Porro licet multi Chriſtiani peccent Deumque ſuis criminibus ad iram concitent, nunquid remanebit Chriſtus ſine hęreditate quam illi pater dederat prout in p̄s. dicitur. Non enim propter paleam ſuccēſam etiā interribunt frumenta in horreo dominico reponenda. Nec propter piſces malos, nihil ex illa ſagena mittetur in vaſcula? Cōcludentes itaq; quæ ſupra memorauimus ex ſententia noſtra reliquimus Dei promiſsionem Dauid factam veridicam fuiſſe, ſemenque eius perpetue ſediſſe ſuper thronum eius ſeſſurumque quouſq; finiatur ſeculum. tunc enim, iuxta Pauli ſententiam, reſtituet, illud integrum Deo patri ſuo ait enim cum de eius aductu

[Margin notes: p̄s. 2. — Matt. 3 — Mat. 13.]

ad iudicium locutus eſt. Cũ tradiderit regnũ Deo
1.co.15 & patri &c. Merito itaq; repulit & abiecit Deus
hos filios carnales Dauid, ne in throno eius ſede-
Filii Dauid qui ſint dicendi. rent perpetuo, quoniam teſtamentum Dei non cu
ſtodierunt, ſed abiecerunt. Nec filij Dauid dicendi
veniunt, hi qui teſtamentũ domini nõ cuſtodiũt,
Filijs enim Dauid dũtaxat promiſsio facta eſt, qui
ſi degenerant non erũt amplius filij Dauid. Aper
te.n. dominus dum Iudeos alloqueretur ait. Si filij
Abrae eſtis, Abrae opera facite, inde illos negauit
filios Abrae eſſe, dum ſubiunxit ibidem. Vos ex
Ioan. 8. patre diabolo eſtis. Si ergo ex Dauid ſemine geni
ti aſſequi noluerunt, per mandatorum Dei cu-
ſtoditionem, quod promiſſum fuerat a Deo, quo-
modo in illis complebitur vt ſedeant ſuper ſedem
Dauid. Porro quoniam deſierunt filios Dauid eſ-
ſe, iccirco, vt prętulimus, ſubuectus eſt alius ex
eius ſemine oriundus, qui non ſolum ſuper regnũ
Dauid ſedere debebat, ſed & totius orbis dominiũ
ſibi dandum erat. De cuius dominio ipſe Dauid
locutus ĩ alio pſalmo dixit. Et dominabitur a ma
ri vſque ad mare, & a flumine vſq; ad terminos
orbis terrarum. Et ſic ad plenum conciliatę reddũ
tur pręnotatę ſententię initio adductę.

CONTRAPO. C.

Mar. 16 *Mulieribus euangelizare conceſſum.*
1.co.14 *Mulieres in eccleſia taceant.*

Si Angelus in dextris ſedens, mandauit mulieri
bus introeuntibus in monumentum, vt euntes de
nuntiarent diſcipulis Chriſti reſurrectionem, q̃d
idem eſt, quod euangelizare. Nam quęſo quid aliud
ſignat euangelizare, niſi fidem dominicam denun
tiare? Cur Paulus qui id quod dixerat, in ſuis epi-
ſtolis,

ſtolis, Chriſto præceptore didicerat ſic huic ſẽtẽtię ſe oppoſuerat, vt de gradu & conditione mulierũ locutus diceret ſcribens Corinthijs. Mulieres in ec cleſia taceant? Cur.n. prohibet quod bonũ et ſanctum eſt? Porro ſi vulgatam deſcriptionẽ huius nominis euangelium ſequi voluerimus, dicemus. Euangelium bonum nuntium ſiue bonã annuntiationem interpretari. Eſt.n. Gręca dictio. Euangeliſta vero dicitur qui legẽ iſtam credit, prędicat atq; ſectatur. Sed cur a Paulo interdicatur, ne huiuſmodi officium, aut opus exerceat mulier in eccleſia, a nobis quęrendum eſt. An fortaſſe quoniã vir, qui caput mulieris eſſe dicitur, vilipendio datetur, ſi mulier hoc euangelizandi officiũ ſibi vſurparet, in cętu fideliũ prophetãs. Sic.n. Paulus hoc in loco ſuis verbis ora conſuit mulieribus, vt nõ ſolum monuerit conſulueritq; mulierem in eccleſia ſilere, ſed etiam imperauit. Veteri lege ad hoc recitata. Nam cum dixiſſet. Mulieres in eccleſia taceant, ſtatim legis teſtimonio addidit. Non.n. permittitur eis in eccleſia loqui ſed ſubditas eſſe viris ſuis. Porro Deus mulierem ſubijciens viro ait in libro Geneſeos. Sub poteſtate viri eris, & ipſe dominabitur tui. Vide itaq; quo teſtimonio vtatur Apoſtolus, quod non ſilere modo, ſed ſilere cum formidine iubet, & tanta quidem, quanta ſeruam decet. Itaque cum loqui permiſſum eſſe negat, nõ ſtatim ſilere, ſed quod multo amplius eſt, viris ſubiectas eſſe iubet. Quod ſi viris quãto magis pręceptoribus & eccleſiæ patribus. Porro non tantũ prohibet, mulieres ĩ eccleſia loqui, ſed nec permittit illis, vt in cętu viros ſuos interrogent. Quod ſi interrogare non licet, multo minus loqui, ſed dũtaxat concedit, vt in domibus viros ſuos interrogent.

Euangeliũ quid interpretetur.

Ephe. 4.

Gen. 3.

gẽt, Ait.n. Si quid diſcere volunt, domi viros ſuos
1. co. 14 interrogent. Hoc autem myſtice innuit & maniſeſtat vellum, quo vt velletur mulier, alibi mãdat Apoſtolus. Vide itaque quomodo ſit turpe et abſurdum mulierem in eccleſia loqui aut prophetare cum non deceat illam cathedram magiſtralem regere in cętu fidelium. Hoc autem non tantum lege diuina monet Apoſtolus, ſed & ratione communi ac vſitata conſuetudine id interdicit ac prohibet, veluti docuerat, dum de coma eius diſſeruit Ait.n. Corinthios alloquens. Nec ipſa natura do
1. co. 11 cet vos. Si quis vero tanquam curioſus his iã dictis obſtaret & diceret priorem ſententiam nullatenus ſequenti contrariari, quoniam has mulieres
Mar. 16 non miſerat Angelus ad diſcipulos nutu Chriſti tanquam locuturas in eccleſia, ſed dũtaxat vt priuatim denuntiarent Apoſtolis hanc reſurrectionẽ Quæ quidem denuntiatio non opponitur Paulo prohibenti mulierem in eccleſia loqui. Huic tale reſponſum dandum eſſe nouimus vt dicamus, ꝙ licet hæ ſanctæ mulieres, quæ primæ credẽtes fuerunt in Chriſto, ob Iudeorum mœtum non denuntiarent diſcipulis hãc Chriſti reſurrectionem, in publico, ſed duntaxat priuatim, non ob hoc dicendum eſt illas non euangelizaſſe dominicam reſurrectionem eccleſiæ Dei, quæ illo tempore in ſolis Apoſtolis cæteriſque diſcipulis ſeruabatur, cum non reperirentur alij credentes, præter Beatam Virginem & præhabitos. Eapropter harum ſententiarum oppoſitio in ſuo permanet robore. Idcirco ne & illas abſque conciliatione dimittamus placuit dicere, æquum & iuſtum fuiſſe, Apoſtolum interdixiſſe mulierem loqui in eccleſia, hoc eſt in cętu fidelium, quæ priori tempore
mortis

mortis nuntium ad hominem detulit, dum ſuge-ſtioni Sathanicæ conſentiens, ſuaſerat virum ędere de vetito ligno, ob quod primum peccatum in duxit in mundũ. Nec huic Pauli ſententiæ opponitur prior. Quoniam ſi Pauli tempore, in humanis fuiſſet Chriſtus, nec ille permiſiſſet mulierem prophetare, ſeu loqui in eccleſia, quæ verecundari debet dum ipſa, vt moris eſt, viro capiti ſuo prę ſens ſit in eccleſia vt doceatur & edificetur. Stat itaque ꝙ illæ ſanctæ mulieres, nutu Dei, dominicam reſurrectionem denuntiauerint Apoſtolis, Et ꝙ Paulus, eodem ſuuectus flamine mulierem in Dei Eccleſia loqui legitime interdixerit ſuo tempore. Gen. 3. 1. co. 14

CONTRAPO. CI.

Chriſti diſcipulus dicitur qui reliquerit omnia. Luc. 14.
Chriſti diſcipulus dictus eſt Zacheus diues. Luc. 19.

Si ipſa ſumma veritate teſte, nemo poteſt diſcipulum eius fieri neque dici, niſi renuntiauerit omnibus quæ poſsidet, quomodo verũ erit id quod Lucas atteſtatus eſt de Zacheo & de Ioſeph Abarimathia? Porro de Zacheo locutus aſſeruit illum non tantum principem fuiſſe Publicanorum, ſed etiam diuitem. De altero vero inquit. Venit Ioſeph Abarimathia homo diues, qui & ipſe diſcipulus erat IESV. Expectans regnum Dei. De Cornelio pariter legitur, ꝙ fuerit diues. Et de mulieribus quæ Chriſtum ſequentes miniſtrabant illi de facultatibus ſuis, non legitur, ꝙ dũ illum ſequerentur renuntiauerint omnibus, quæ poſsidebant. Hæc enim vt liquido cernimus ſimul ſtare nequeunt, cum contrarium ſenſum inferãt. Sed ſi ad ſpiritalem intellectum, eorum quæ Mat. 27 Luc. 19. Luc. 23.

præmittuntur

præmittuntur velimus habere recurſum,luce clara videbimus ꝙ hæc contradictio paucis ſoluitur ab Apoſtolo.Ipſe enim dum de Chriſtum ſequentibus ſermonem haberet cum Cor. ait confiden-
1.cor.7. ter.Reliquum eſt,vt qui habent vxores, tāquam non habentes ſint.Et qui flent,tanquam non flentes.Et qui gaudent,tanquam non gaudentes . Et qui emunt, tanquam non poſſidentes. Et qui vtuntur hoc mundo,tanquam non vtantur. Qui ergo hæc ſic habet, quaſi non habeat, reliquiſſe dicitur. Quando enim de hijs non præſumit, neque ſe iactat, ſed humiliter incedit, non tantum habitu, ſed & mente, diſpenſatorem, ac miniſtrum horum omnium ſe intelligens, omnia ſua
1.cor.4. reliquiſſe videtur. Porro vere relinqui dicitur, quod a deſiderio videtur recedere,Et ſic intelligēda venit ſententia poſterior. Nam licet prænotati, Zacheus,videlicet, Ioſeph & cæteri qui ſuperius annumerāt rebus ac facultatibus diuites fuerint,erant nihilominus animo pauperes & humiles coram Deo. Aurum enim latebris tenebreſcere ſolet, fides vero ingenito ſplendore emicare dicitur. Non enim obſtat quempiam locupletē eſſe rebus,quin domini diſcipulū dici poſsit,ſufficit enim ſibi,vt animo pauper ſit. Porro diuitem eſſe rebus, materiam præbet miſericordiæ apud bonos & probos animos. Eſt enim maxime commendandus diues ſic pauper. Nec interdicitur in ſcripturis quempiam diuitem eſſe rebus,ſed cor ad animum illis apponere, pluſquam liceat.
ps.61. Ait enim Regius pſaltes, diuites allocutus. Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere. Hæc autem omnia edocemur facta fuiſſe ab illis filijs Zebedei, videlicet, Iacobo, & Ioanne, qui a domino

ſaluatore

ſaluatore vocati fuerant. De his enim locutus Euangeliſta, ait. Illi autem relictis rhetibus & patre ſequuti ſunt eum. In quibus verbis tria magni ponderis annotanda aduertimus. In eo enim, quo dicitur. Relictis rhetibus. Anxiæ ſeculi facultatem aduerte. Mundi enim facultatem probat, ac ſignat factio alligatiua rhetibus. Alligatur enim ſic homo a ſeculi facultatibus, vt per ſe diſſolui ignoret. Hanc enim anxiam ſeculi facultatem toto poſſe noſtro debemus rẽlinquere, quę per rhete ſignificatur, aliter Chriſti diſcipulos fieri nequimus, & talis videtur eſſe veridicus ſenſus prioris ſententiæ initio adductæ. Mundi enim poſſeſsiones & alia, quæ in hac vita ab hominibus poſsidentur ſunt quædam rhetia, quibus in hoc mari magno & ſpacioſo piſcator diabolus per auaritiam capit homines, ipſoſque per malam conſuetudinem taliter inuoluit, ꝙ diſſolui nequeant, quinpotius ad inferni litus ipſos pertrahit & perducit iccirco talia rhetia tanquam quędam valde nociua ab homine omnino relinquenda ſunt, & a prudenti viro contemnenda. Ioſeph enim ille Iacob filius, vir vtique ſanctus & caſtus, relicto palio quo indutus erat in manu mulieris, quæ tenebat eum, veluti prudens paſſer ereptus eſt de laqueo venantis. Quod eſt contra multos, qui hac noſtra tempeſtate infœlici, rhetia iſta non curant relinquere, ſed ipſa pro viribus reparant, & reficiunt. Et quod deterius eſt, in eis miſerabiliter per auaritiam ſe inuoluunt. Porro relinquere temporalia quantum ad affectum, & effectum propter Deum non debet nobis eſſe graue, cum certi ſimus, quòd infra breue tempus, ſiue velimus, ſiue nolumus,

Matt. 4.

nolumus, neceſſe erit nobis omnia in morte dimit tere. In eo vero quòd dicitur, PATRE in illa ſententia, noxiam carnis infectionem, ac voluptatem aduerte, ſignatam per patrem, quoniam carnis voluptas tanquam pater omnes filios carnis producit & generat. Hanc enim totis uiribus tenemur relinquere & horrere, hoc eſt omnis carnalis affectio & infectio, ne caro noſtra quæ in baptiſmo ſanctificata fuerat, domum diaboli effici permittamus, per inordinatam concupiſcentiam, quæ templum domini, iuxta Paulum dici debet. Quod eſt contra multos carnales & luxurioſos homines, qui non curant relinquere hanc carnis infectionem, nec huius carnalis parentellæ exceſsiuam affictionem quinpotius propter nimium affectum continuum ſecum portant. Profecto veluti per Rhete intelligimus ſeculi facultatem, ita & per patrem intelligenda eſt corpore voluptas. Sed & aliud non minus neceſſe eſt, vt relinquamus, mentis, videlicet, volitionem, quæ nulla exceptione, vtriſque præhabitis neceſſarior extimanda eſt, quod & ſignatur in id quod in ſententia vltimo loco ſubinfertur, dum dicitur. Et ſecuti ſunt eum. Nullius enim valoris extimandum eſſet mundi facultatem relinquere, patrique abrenuntiare, niſi & ſequella Chriſti, tanquam conſocia neceſſaria ſuperadderetur. Canis enim quamuis quandoque appetat alibi currere, videns tamen dominum ſuum ad partem oppoſitam ire, ſolet proprium iter dimittere, & ad ſequendum dominum ſe transferre. Ita & nos licet ex appetitu noſtro multa velimus aliquando facere, ſi tamen dominus noſter Deus vel prælatus, qui vicem

tem Dei in terris gerit, contrarium nobis mandet, & dicat, propriam voluntatem illius omnino debemus relinquere. Secus autem facientes voluntati domini conformari nequimus, nec ſimiles ei effici volumus, qui de ſe locutus in Euangelio, ait. Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me patris. Sic itaque pro harũ ſolutione & conciliatione admittendum tanquam neceſſarium & verum, tria nobis relinquenda fore, quam maxime ſi Chriſtum ſaluatorem & præceptorem noſtrum ſequi deſideramus eiuſque diſcipulos, non fictos, ſed legitimos effici. Et iſtud relinquere omnium quę poſsidemus, Chriſti ſequellæ coniunctum, erit Deo gratum, nobiſque proficiatum fructuoſum.

Et ſic patet finis conciliationum huius tertiæ partis magno cũ labore æditarum.

FINIS.

ERRORES QVOS IN ANTE HABITIS Typis inuenimus ſic aptabis.

Fol.primo,j.cont.lin.4.funmenta lege fundamenta.f. 16.lin. 1.con.iiij.Atteſtatur lege atteſtatus.f.eodem.lin.21.eiuſdē con; opinari lege opinati.fo.20.lin.20.contr.v.operari lege operati. Et infra poſt 5.lin.dminus lege dominus.fo. 22.lin.j. contr.vj. coltata lege collata.fo.23.linea prope penult.eiuſdē con.vnāq; lege vtrāq;.fo.24.lin.2.con.vij.atteſtatur lege atteſtatus.fo.25. lin.12.Vnurer lege vtriuer.fo.27.lin.antepenul.cont.eiuſdem, claudēt,claudāt.f.28.li.2.ipſius pag.matarū,mortaliū.f.29.lin. 22.cōcilio,cōditio.f.42.li.22.hcc,hec.fo.43.li.3. vt Lucas, cur Lucas.f.44.li.23,grauie,grauia.f.45.li.j.con.14.prn, pro.& in ſeq.lin.cū, eū.f.46.li.8.facit,facial.f.50.li.j.ſecuta,ſecura.& infra li.5.ſua pauperiate,ſuā paupertatē.f.52.li.3, ante vltimā dicitnr,dicitur.f.65.li.vlt.ſpectator,ſpectat.f.78.li.6. ante vltimā poci,porci.f.81.li.9.reſpicinnt,reſpiciunt.fo. 82.li.2.com,cum. Et infra poſt quatuor li.ſnnt,ſunt.f.86.li.16.gloriarer,gloriāter f.91.li.19.ſuſceperi,tuſceperit.Et infra cōplātari,complantati, f.99.li.17.meninimus,meminimus.f.100.li.vlt.ſtāt,ſtāte.f.102. li.3.accipiens,accipitur.f.103.li.8.reſurreictonem,reſurrectionē f.109.li.1.meuia,merita.f.110.li.prope vltimam,illa,pone ille. f.112.li.4.ibi.n.ſententia deficit integra.Nam vbi dicitur,iam illum demooſtrauerat,pone iam exultauerat, poſtmodum adde quomodo eum non agnoſcebat ſi grandeuus effectus iam illum digito demonſtrauerat.f.103.li.vlt.cont.42.ſententi,ſententia. f.17.lin.24.miſſui,miſſus.Et li.vltima.anteipſi,anteipſo. f.122. linea.1.ſaluendos,lege ſaluandos.fo.131.lin.9. pone & loco de. f.147.lin.10.ercatori,creatori.Et infra li.26.dū dicitur ſed ſeruit dele,ſed.f.176.li.12.eripee,eripere.f.164.li.prope finē. paecm, pacem.f.185.li.19.ponitur pii poſt lis quod poni debuerat in li. ſeq.dū dicitur corri,pro corripit.f.193.li.antepenu.curte.curru. f.194.li.16.ſcilicem, ſciliee.f.195.lin.11.abſq;,dele que.f.202. li.j.ned,nec.f.204.li.conqueuerunt,conqueruntur. f.177.lin.21. duxinus,duximus.f.179.li.9.cont.67.conſueuerat,conſueuerāt. f.183.li.pen.cont.68.præſta,preſtat.f.190.lin.19. prouidet,preuidet.f.205.li.7.ſe,pro ſi ponit.f.206.li.18.ſine,pro ſiue.f.207. li.1.con.77.condemnauerat,commrndauerat.f.216.li.prope pe. ille,illic.f.223.li.14.mundatio,inundatio.f.226.li.18.con.85.nu merus,numeri.& infra numeri,numerus.f.227.lin.j.in margine boutta,bonitas Dei in abſtracto,eodem.f.li.9. bona, bonas.fo. 231.li.4.con.92.ſentntēa,ſententiam.f.234.li.2.ſecuretur,ſequūtur.f.238.li.27.reſpectu,reſpectum.f.225.li.11.pronotari,prenotati.f.245.li.1.vlterata,vlcerata.& īfra li.8.ſcutm,ſcutū.fo.225 li. vlt.vindicas,vindicans,fo.254.li.3.con.97.Deus,lege Deū. f.259.li.funtigantē,fumigantē.f.270.li.15.affictionē,affectionē & infra corpore,corporea.f.vlt.li.j.vitē,vicē,& infra ſic, ſit,& dhuc proficiatum,proficuum.

1.008.635 I

DIMIGLIO

LEGATORIA A. PANDIMIGLIO - ROMA
1972